



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Societatis Iesv Pars ...

Pars Secvnda, Sive Lainivs

Orlandini, Nicola

Antverpiae, 1620

Historiae Societatis Iesv Liber Qvartvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13974

HISTORIÆ SOCIETATIS IESV

LIBER QVARTVS.

1560.
1
Pius IV.
Pontifex
benignus
Societati.

2
Novis Pon-
tificibus So-
cietatis votū
suum quar-
tum expo-
nit.

3
Collegium
Romanum
quā vtilē
Ecclesie.

Novo, qui sequitur, sexagesimo magnopere Societas, multisque modis est aucta, gratia in primis ac benignitate novi Pontificis. Erat is Ioannes Angelus Medices, qui VII. Kalendas Ianuarij exitu prioris anni post longa tandem comitia in Petri sede Pauli IV. excessu vacua collocatus; vt ingenij, morumque suorum pignus daret, qualemque esset gesturus Pontificatum, profiteretur, Pius voluit dici; & Quartus hoc nomine Pontifex fuit. Qualis futurus erga Societatem esset, minus initio apparebat, quod antè perexiguam cum ea habuerat vsum. Cardinalium quidam de rebus nostris pro sua benignitate solliciti suapte sponte eius pertètato animo, egregiam illi de cuncto Ordine opinionē atque expectationē; ac nominatim Lainium in pretio & amore esse memorabant. Est in Societatis institutis, vt Præpositus Generalis, vbi nouus creatur Pontifex, intra anni spatium ei se ad venerationē de more sistat; significetque; quam singulari voto quatuor votorum Professi obedientiam Apostolicæ Sedi dedicant. Ergo Lainius officio simul hoc defuncturus, simul omnē familiam atque Collegium in primis Romanum cōmendaturus, primo quoque tempore plenus spei bonæ ad Beatissimum Patrem accedit. Post osculum solenne pedis ita exorditur. Societatem Iesu minimā Religiosorum familiam, cui se quamuis imparē Patres præfecerāt, Romani Pontificis obsequio non communi solum Christianæ gentis officio, sed præcipuo voti nexu obstrictā & obnoxiam esse; lumere enim ad suam in Apostolicam Sedem testandā, arētūque; vincendam pietatem priuatim sibi hoc muneris, votoque; sancire, vt quocunque terrarum ac gentium inter barbaros, & alienos à fide populos Christi Vicario placuerit, religionis causa mittere; eodē confestim nulla tergiversatione interposita, nulla ne viatici quidē mentione facta, contendant. Id se (vti Constitutiones iubent) Beatissimo Patri significare, vt intelligeret, sicubi speraret vsui fore, quā multis nominibus tanquam sua re vti posset. Tum etiā, si id ē Deigloria reque; Christiana celeret, stabiliret corroboraretque; eius res; & cum vniuersæ, tum Collegij præcipuē, quod sancta in Vrbe erat, patrocinium benignē susciperet. Esse in eo Collegio ingentē numerum lectissimæ iuuentutis (centum & sexaginta iam erant) eosque; fermē omnes ingenio præditos, naturaque; præstanti ex omnibus Christiani orbis nationibus coactos; in doctissimorum sanctissimorumque; hominū disciplina, ardore magno litteris ac pietate iuibus; vt inde digressi quocūque mox totum per orbē terræ mittantur, vel conseruent, vel restituant Christiana sacra, vel inferāt ac pro-

pagēt. Inde enim totius Italiæ Siciliaque; orta Collegia esse, inde suppleri: inde in Gallias, in Belgium, in varias Germaniæ prouincias deductas, affluēque; deduci colonias; quæ aduersus hæreticorum impetus propugnacula stantur. Inde in Indiā vsque & vltimas Orientis oras, qui ignotis ab omni æuo gentibus Christianæ fidei lumē inuachant, dimitti; nec modica Hispaniæ Lusitaniæque subsidia. Sed hanc eximiam iuuentutem, quæ tantam educetur & instituetur in spem; subsidij humanæ vitæ omnino destituit. Conducta in domo cōfertos ac pressos inter summas rerum omnium in commo ditates agere, vbi necesse sit profligata vultudine pulcherrimas spes intercepti, & egregias indoles interire. Non alimenta, nō vnde corpora tegant, habere. Ad sobolem hanc suam, fidamque; ac promptā cohortem respiceret pius ipse, & paternæ curæ, quam in omnes acceperat, particulam deriuaret. Opus esse dignum Romani pietate Antistitis, gentiumque custode omnium in Vrbe terrarū principe, vnicō mundi oraculo, æterna religionis ac pietatis regia, id nationū omnium perflugium ac præsidij conseruare atque perpetuum facere, vnaque; operā de gentibus vniuersis benemereri. Clementi vultu & oratione Pius Lainiū eiusque; dicta excepit: optimē sibi cognitū memorat quantum latè per remotissimas terras in commune pietatis Societas cōferat. Operā eius liberaliter vsurum. Nec modō diuina quæcunque posset, ad eius stabilitatē firmamenta collaturū, sed humana quoque præbiturū adiumenta, & Collegij Romani præcipuē memoriam fore. Haud benignius, quā fecit, locutus est. Quatuor è præcipuis Cardinalibus Ioanni Morono, Iacobo Sabello, Alexandro Fameio, & Hippolyto Estensi negotium dat circūspiciendi, vnde subleuari Collegium possit. Horum & ante alios Moroni Cardinalis operā certa Collegio sedes est attributa ea, in qua postea māsit. Victoria Tolsia Marchio Vallis, Camilli Vrsini Marchionis Guardix olim vxor, Pauli Quarti neptis, post mortem vtri ad virginum monasterium extruendum animum adiecerat; destinatisque; hoc in opus ædibus, quas ipsa habitabat, & à Paulo impetratis, quas ipse Cardinalis incoluerat, eiusdemque auctoritate vicinis cōemptis, templi quoque; iactis fundamentis, satis amplum spatium vndique ab domiciliis vicinorum interiecta via seicundum comprehenderat infula: & virgines aliquot è variis monasteriis familiæ capita futuras eodē vocauerat. Sed mox, vbi Paulus Quartus est mortuus, virginibus illis, siue quod per interregni licentiam parum tutas se eo loco haud dum septis omni ex parte communito suspicarentur fore; siue quod sublata Pauli gratia opus diffiderent

4
Pontificis
Pij vrbis
Lainia.

5
Collegij
Romani
sede attri-
buita.

rent processurum, ad sua quaq; cœnobia digressis; animaduertere amicorum quidam vacuum domum: & cum spatij amplitudine, cum frequentia & salubritate loci aptissimâ Collegio fore sedem affirmantes, Patres admonent excitantq; ut præterlabi occasionem haudquaquam sinant. Visares digna est, de qua Pontifex admoneretur. Cardinalis Moronus nunciat, & grauem cœmendationem adicit. Summè Pius probauit, libentissimèq; suscepto negotio, semel atque iterum sui Præfectū cubiculi, atque Datarium ad Marchionem allegauit suo nomine rogatū, ut, quod destinataro opus, in hoc alterum, quod sibi haud ambigūe videatur in ampliorè diuina Maiestatis celsurum laudem, mutare placeat. Non grauatè supermi nutum Pastoris femina prudens, & diuini cultus percipida secuta est: adeoq; paulatim cōciliata est; factumq; artentiùs considerans ita suum probauit, ut magnam se gratiam Beatissimo Patri habere profiteretur, quod paucarū lo cofiliarium, filios sibi tam multos tradidisset. Quidquid publicarum tabularum ad legitimā rei transactionem conficiendum fuit, gratuito fieri Pontifex iussit, & Cardinali Sabello admonete, ut quibus testum dederat, iis ad alimēta aliquid largiretur; præter quosdam immunitates, quoniam nihil ad rem aliunde se offerebat, sexcenos in singulos annos è suo ætatio nummos aureos assignauit. Id Patribus animum Pontificis, quā rem magis spectantibus, beneficium sanè magnū visum est, quod non exhaustum modò superiorū temporū difficultatibus Pontificum fiscum nouerant, sed grandi ære alieno obligatū: nec præterea ignorabant Domū etiā Professorū haud exigua ab Pontifice eodem summa adiuuari. Ceterum fundari, eaq; que, quam ex parte cernimus, magnificentia extructi Collegij laudem Gregorio Tertio decimo, ut multorum præterea insignium operum, Deus referuabat. Pij uero uoluntas optima in re ditibus quoque Ecclesiasticis in Hispania Collegis Oceania & Abulæ adiungēdis, sed clarissimè in Conimbiticensis Collegij dirimenda lite perspecta est. Liserat magni momenti, resq; agebatur, qua nobile illud non Lusitanie modò, sed præcipuum Indiarū quoque præsidium maximè stabat. Aduersarius erat permolestus Lopus Gomius Abreus, qui Romæ priuatim publiceq; cōueniens iudices, submittens gratiosos, sine serupulo, quæ erat commodum uero admiscens, ubique seuitas creptores sacerdotiorū, spoliatores Cleri uociferans, eò rem adduxerat, ut in tam graui, quæ imminerebat iactura, minor Societati rei, quā fama cura esset. Huius impotentia hominis Pius cognita, causam primò ad se transtulit: dein æquitate comperta, litem nobis, frustra obstrepente Abreo, adiudicauit, gratis insuper Apostolicis diplomatibus de ea confici iussis. Quo corollario plus mille aureorum nummum, quod in id impendendum alioqui fuisset, donauit. His de omnibus beneficiis cum Lainius gratias ageret; subiecit sanctissimus Pater (aderant Cardinalis Moronus, & Ferraria Dux eo die apud Pontificem pransi) haud opus gratis esse Societati se usque ad sanguinem facturum. Alioque die cum litteras in cœmendationem rerum nostrarum à Philippo Hispaniarum Rege acce-

Hist. Societ. Jesu Tom. 2.

piisset, dixit ab Imperatore quoque & alijs Principibus ad se eiusmodi commendationes missas; uerum superuacua secum talia officia pro Societate esse, ad quem commendare eam potius pertineret. Quæ non uerbi causa dici, res, uerè animi indices testabantur. Nam quos per orbem Christianum undique in prouincias dimittebat Apostolicæ Sedis Nuncios, iis Societatem plurimum commendabat: & ei, quem in Germaniam destinauit, disertè hoc addidit in mandatis, ut uias atente dispiceret, per quas quâ plurima eius Collegia conderentur. Ac nescio quo pacto Romæ hoc potissimum anno, lateq; per Septemtrionis oras hæc opinio percrebuit ad corrigendos mores, restituendamq; religionem haud aliud præsentius oblatū esse remediū, quā hominum Societatis quam plurimū operā uti. Iacobus Cardinalis Sabellus hac ductus opinione, ubi à Pio Quarto eius in Urbe Vicarius constitutus est, acersito Lainio ait, id se oneris subisse minimè inuitum, sperantē eam uia in diuini cultus ornatum & incrementum non nihil collaturum, idq; adiumento in primis Societatis. Et quoniam recta populi institutio emendatioq; à sacerdotibus idoneis pendeat, decretum sibi deliberatumq; esse neminem ad sacerdotalē gradum efferre, qui ab hominibus nostris nō probaretur. Proinde duos legeret à pietate prudentiaq; ac doctrina idoneos uitos, qui de inuitandorū doctrina & facultate periculum facerent, quorū iudicio staretur. Vidit Lainius prouinciam esse inuidiosam, tamē tali viro ita præcisè, piāq; ad eò mente postulanti repugnandum non censuit, cum præsertim uilitate publica inuidiam, si qua existeret, compensatum iri, spes esset. Quod planè è sententia euenit. Quippe Patres, quo consideratiùs tam graue negotium gereretur, formula sibi periclitationis totius accuratè confecta, Cardinalique ostensa, cum is summè probasset, commodum inde multiplex Ecclesiæ peperere. Non enim ita modò, qui accessere indigni, repulsi sunt; sed etiam quantares integritate administraretur, cum fama uulgasset, multos ne accederent, conscientia & pudor absteruit. Multi ad pietatis ac litterarū studia, quò idonei fierent, iterum animum retulere. Ac demum urbibus alijs optimo præitum exemplo est, in quarum multis Antistites Vicarij Pontificij emulati sedulitatem in exploranda sacrorum candidatorū facultate curam multò actiùs intendere. Neque hac tantum in re Societatis operā uisus est Cardinalis Vicarius, sed eandē ad inspectionem rectionemque Ecclesiarum, eandem ad uirginum sibi commissarum inuandā monasteria adhibebat: & in Urbis totius salutem intentus uoluit à Socijs adnotari, quæ censerent ad bene Christianeque uiuendum in commune salutaria fore. Quod cum fecissent, earū rerum, quas adnotauerant, initio præcipuam quamque; tum deinceps reliquas promulgari obseruarique iussit. Haud interim minus ipse Pontifex & Societate, & nominatim Lainio urebatur. Editum à Paulo Quarto indicem prohibitorū librorum, cum multi nimiam in eo seueritatem quererentur, recognosci inter ceteros à Lainio iussit: multa que monitu eiusdem Pontifex egit: ac præcipuè singularia certamina interdixit, pœnalique graui-

8
Cardinalis Sabellus Societati permissis inuitandorum examens

9
Ubique Societatis operā uisur.

10
Lainij monitu Pontifex singularia certamina interdixit pœnalique graui-

¶
Lainij cum
heretico
congressus.

grauissimas, & censuras tum certantibus, tum liberum præbentibus campum in hæc certamina, & certantium patronis proposuit. Porro ad Lainium si quædo genus omne hominū nunc maxime cōfluebat, vt occupationū eius maxima esset aures confluentibus præbere. Et tamen tot inter occupationes virille laboriosus, & proximorum salutem inexplēbiliter sitiens non recusauit sæpè ad multam noctem consentientibus patientiam accommodare, & cum heretico quoque homine in certamen descendere. Missus erat Geneua in urbem præfidens & astutus impietatis magister, vt clanculum Romam religionis parentem adoriens, veritatem, si conata procederent, quasi in fonte vitaret. Deprehensus, coniectus in vincula, damnatus ad ignem: salutaria monita & consilia durus, & obstinatus animo & auribus respuebat. Quocirca visum est Vrbis Prætori Lainium aduocare, si forte disputatione conuictus, & lumine veritatis ingesto ab æterna pernicie conseruari posset. Adit in custodiam Pater eodē consilio, vt priuatim solus cum solo agens blandē mulcere, pacatēque docere hominem conetur. Metuebat enim, quod euenit, ne, si publicè dimicatio iniretur (vt est præuè prudens contumacia hereticorum) victus ad sua mendacia tenaciū adhærere. Vbi ventum est in custodiam, reperit ibi quosdam Cardinales, aliquot Episcopos, multos præterea viros primarios, & quosdam Pontificis consanguineos: qui (vt simile vero est) à Prætorē Lainium cum heretico congressurum admoniti, auditum spectatumque conuenerat. Hanc vt coronam aspexit Lainius, aliam ac destinauerat, inire coactus est pugnae viam, gloriosorem Catholicæ veritati, sed superbo heretici ingenio minus idoneam. Conseritur igitur publicum & graue certamen. Non multis interrogacionibus eodē compulsus est miser Caluini assēcla, vt affirmaret pugnantia: mox euidentiū conuictus cum aliud effugium non pateret, cum apertè sua figmenta rationibus dilui, sanctorum Patrum confutari testimoniis, diuinarum Litterarum refelli auctoritate cerneret, exclamat vno se stare Caluino. Quidquid contra obiiiceret, hoc tenebat saxum, aliter sentire Caluinum: si Doctoribus sacris recentibus & vetustis, si Apostolis, si Christo Domino aduersari Caluinum ostenderes; ille nihil de sententia demoueri: Caluinum malle: instar omnium habere Caluino perit. Haud nihil tamen profectū est. Qui disputationi interfuerant, non sapientiam magis Catholici Doctoris admirati, quam eandem detestati heretici pertinaciam, lætiq; & valdè in orthodoxe fidei sanctionibus cōfirmati recessere. Nam tamen, quam Romana Ecclesia tradit religionem, veram esse solam germanamque certū habebant, id tamen ita esse, in eo confictu suis propè oculis viderant; quamque aperte atque euidentes res essent, quam facile fulgor veritatis errorum caliginem dissiparet experti erāt. Sic enim planè res habet. Quamuis dogmata fidei obscura sint, euidenter tamen ostenditur, qui ab Catholica & Romana Ecclesia dissentunt, planè eos errare. Neque id (quæ mea est sententia) paulò doctiorum quilibet heretico-

¶

rum non vider: ideò isti ne Catholica sese subiciant, licet verbo aliquam teneant, re ipsa sensim omnem funditus religionem tollunt.

Inter hæc magistratus Lainij annus tertius in: ac verus sui contemptor, & Christianæ studiosus humilitatis Pater, mandati nomen, quo Paulus IV. eam potestatem triennio circumscripserat, prædendens, ad ponendum onus sedulo veritæ cura ad nouum substituendum Præpositū congregationem generalem parabat edicere; cum re confessarius cognita, religione iniecta, vetuit tam graui de re inconsultis Assistentibus quidquam mouere. Tum ille conuocatis Assistentibus, ita locutus est: Venerandi Patres, vbi Paulus Quartus Pontifex duobus antè annis in Societate chorū instituit, ac Præpositum Generalem ad triennium esse, tria mihi venere in mentem: quæ hodieque sentio. Primum neutrum eorum rerum Sodalitati nostræ conuenire; sed id dumtaxat, quod sanctæ memoriæ Patris noster decreuit, cuncta Societas confirmauit, ad hanc diem adprobauit vsus. Deinde mandatum illud Pauli ratum perpetuumque non esse, quia subito quasi impetu contra ea, quæ ipsemet Paulus non multo antè per Cardinalem Paciecum denunciarat, & alij Pontifices diplomatibus sanxerant, latum erat. Quamobrem, vt meministis, eo mortuo doctissimi quique huius Urbis viri pronunciarunt rem irritam esse: nobisque auctores fuerunt, vt id, quod opus erat, per publicum scribam testati, choro abisteremus. Quod vobis adurgentibus, cum ego ad nouum Pontificem differri rem integram vellem, est factum. Postremò iam tum id quoque venit mihi in mentem, quod in præsentia, vt hæc agerem, fecit. Si Deo placeret, vt annum impositi mihi oneris tertium contingeret, non solum mihi contendendum non esse, vt Generalatum vltra obtinerem, sed id omne, quod absque Domini nostri fas esset iniuria, mouendum omnique adnitendum ope, vt abdicarem. Atque ad eodē iam cogitabam vniuersam in Societate denunciare omnibus, quos Constitutiones conuocari iubent, vt ad tertij anni finem Romanorum in nomine Domini Præpositum declaraturi adessent. Sed quoniam iniecta religione vetuit me quidquam moliri meæ conscientie arbiter, antequam vestras audirem sententias; vos ego rogo atque obtestor, vt re Domino commendata, vobisque ante oculos vna gloria Dei maiore nostræque Societatis vtilitate proposito procul habito, quod vobis videtur, exprimat, certi rem gratissimam mihi facturos, si me sarcina meis humeris omnino impari & intoleranda leuaueritis. Equidem Patres virtutibus, quas in Præposito Constitutiones nostræ requirunt, diligenter animo eollustratis, vbi oculos ad me conuertit, earum, præter paucillulum bonæ voluntatis, fideique erga Societatem, ac litterarum (in quibus tamen summa rei non est) in me nullam propè inuenio. Ad gubernationem nec consiliis capiendis, muneribusque prudentiæ incertus & errans: in actione remissus, mollis, flexuque natura facilis: rebus, quæ iis, qui præstant, auctoritatem conciliant, plurimis nudus. Et quancquam

¶
Lainij de
Pontificis
Generalatu
consequitur.

¶
Rationes
quæ iustas
sunt pro
Generalatu
necessariis.

15 „ quanquam conscius mihi sum, nec sciente me,
 „ nec volente quidquam commissum; tamen plu-
 „ rimum vereor, ne his annis, quibus præfui, earū,
 „ quas dixi, inopia virtutum multa peccarim, præ-
 „ serim per socordiam & indulgentiam, quæ non
 „ oportebat, omittere; idque multò sapius acci-
 „ derit, quam meus in me amor me sinat videre.
 „ Præpositum huiusce inuitis desiderat Societas in-
 „ signium, Patres, insignium planè virtutum ac ta-
 „ lentorum; nec talium virorum (Deo gratia) pe-
 „ nuria illi est: nec alium, quam qualem necessa-
 „ rium habet, si comitia fiant, Deo fauente, sortie-
 „ tur. Locum ego quid occupo alienum? Quid Ec-
 „ clesiæ Dei id bonum, nostræque inuideo Socie-
 „ tati? Non ita erit profectò. Tum verò nimis pa-
 „ rum Domini mei Iesu Christi, huiusque meæ pa-
 „ rentis Societatis amans mihi videar, si hunc clau-
 „ serim aditum. Per me verò non stabit, quin qui
 „ bene ferendo sit oneri, succedat. Satis noui expe-
 „ dire quidem Societati perpetuum esse Præposi-
 „ tum, atque idcirco prudenter ac rectè id, quod
 „ innouatum fuerat, antiquatum esse: verum ta-
 „ men non apud Deum tantum, sed etiam apud
 „ homines prouidenda bona sunt. Mihi nomina-
 „ tum Pontifex trium annorum spatio magistra-
 „ tum finiuit. Non decet me vel contumacis, vel
 „ ambitiosi speciem præbere, si ultra eos fines egre-
 „ diar. Abolere has suspiciones non mihi magis,
 „ quam communi bono aduersas facile est, si Præ-
 „ positus nouus creetur. Denique, Patres, supre-
 „ mus reddendæ rationis dies appropinquat. Mul-
 „ tos annos, siue Prouincialis, siue Vicarius, siue
 „ Præpositus viuo aliis. Equum est pondus diuidi;
 „ tandemque reddi me mihi, ut curam ab aliis re-
 „ gendis ad regendam animam meam referam,
 „ rationesque bene componendas. Neque eò hæc
 „ dico, quòd solitudinem atque otium cogitem:
 „ sed, si ita ex obedientia licebit, vrbes ac prouin-
 „ cias varias peragrabo, & quo liberior atque ex-
 „ peditior, hoc maiore cum fructu per Collegia
 „ rationem vocationis instituti que nostri Socii
 „ explicabo; populis verò dogmata Christiana
 „ sanctumque Euangelium. Italicè Hispanicæque
 „ sic noui, ut ab auditoribus intelligar: Gallicè et-
 „ iam, si paulum refricem vsus, quod satis erit, lo-
 „ quar. Hæc per prouincias expeditus curam, &
 „ multò minore cum conscientia discrimine, ma-
 „ iore aliquanto cum facultate (nam ad id video
 „ mihi potius à Deo, quam ad gubernandum fa-
 „ ctus) Societati, Ecclesiæ sanctæ, Christo que Do-
 „ mino seruiam. Vix hæc Lainius dixerat, cum Af-
 „ sistentes aderant tres Natalis, Polancus, Madri-
 „ dius) æque sinceram tanti viri humilitatem ad-
 „ mirantes, atque conatibus obuiam ire molien-
 „ tes, rem amplius ac per otium apud se retractare,
 „ superamque exposcere lucem sunt iussi: postque
 „ aliquot dies reuocati, hæc fermè vno ore respon-
 „ derunt. Dubium nobis non est, quin, si gratum
 „ facere tibi vellemus, oporteret nos, quantum est
 „ in nobis, isto te onere liberare: sed fides, quam
 „ Societati obligauimus, atque adeò in illum tuum,
 „ quo sine respectu personæ humanique negotij,
 „ non quod tibi gratius sit, sed quod ad maiorem
 „ Dei gloriam & Societatis commodum oportu-
 „ nius sentiamus esse, loqui nos vis, cogit vehe-
 „ menter tuis, Pater, cæptis aduersos ire. Consul-

16 „ taurimus apud nos, & consuluimus Deum, quia
 „ tu iussisti, non quòd obscura res aut ambigua es-
 „ set. Nam Generalem Instituta perpetuum iubent
 „ esse; idque expedire tu ipse sentis. Atqui, si quod
 „ vnquam fuit tempus, quo minimè oporteret at-
 „ tentare istam rem, hoc est profectò, ne manda-
 „ tum illud comprobare, & subire vltro videamur,
 „ & Instituta Societatis in perpetuum, quod vel
 „ noluit Pontifex, vel Deus non fuit efficere, ipsi-
 „ met euertamus. Speciem contumacis & ambi-
 „ tiosi times. Quin igitur cantare rursus incipimus,
 „ ne cuncta Societas & ignauit & contumaciæ
 „ subeat notam? Quibus autem periculum est ne
 „ videatur ambitiosus & contumax? Doctrinæ? At
 „ hi, uti sua serunt intermittere chorum, ita munus
 „ istud non intermittere suadebunt. An multitudi-
 „ ni ac populo? At his multò promptius fuit nota-
 „ re susceptum publicè præter morem in templo
 „ cantum, pauloque post intermissum, quam sint
 „ animaduersuri, quid faciat Generalis. Ad hos,
 „ vel Pauli acta non peruenerunt, & inanis est ti-
 „ mor: vel si peruenerunt, intermisso choro, timor
 „ est ferus. Imò illud iam omnes iure mirentur, si
 „ Generalis creetur nouus. Hoc inopinatum, hoc
 „ præter expectationem accidat, & nos meritò in-
 „ consistentiæ arguat. Iam enim restitutis vna ex par-
 „ te moribus nostris, expectant id, quod consen-
 „ taneum est, ut ex altera quoque parte restituan-
 „ tur. Nulla igitur est ex actis Pauli, nisi perpetuan-
 „ di causa magistratus. At multæ tibi ad rectè eum
 „ gerendum necessariæ virtutes desunt. Id verò est,
 „ Pater, non magis tuum iudicare, quam nostrum,
 „ quam Societatis vniuersæ: cuius tu iudicium
 „ condemnare non debes. Quid enim? paruo-
 „ nentia ex iis omnibus, ex quibus tu optimum
 „ delectum iri, & insignium virtutum Præpositum
 „ censens, si comitia noua fiant, te vnum delegit?
 „ Dices opinionem frustratam, quòd plus de te tibi
 „ pollicita sit, quam deinde præstiteris: scilicet o-
 „ pinione & auditione dumtaxat norum adiecit,
 „ non quem præter alia munera publica eodem
 „ isto in gradu biennium ipsum, quo Vicarius fue-
 „ ras, erat experta, quid posset. Nam de cura quid-
 „ quam à te, postquam Generalis es factus, remis-
 „ sam nec humilitas, quæ verax est, te dicere, nec
 „ quæ cernimus, credere nos patientur. Denique,
 „ quæcunque tua facultas sit, Societas contenta
 „ est. Quæ rectè habent, ne mutes. Qui status præ-
 „ sens sit, nosti: qui sit futurus, si quid mutes, igno-
 „ ras. Vti hinc spes, ita inde periculum. Raro ab
 „ humanis futurorum consiliis hæc segregantur.
 „ Quod ergo possidemus in præsentia quantu-
 „ lumcunque bonum, in incertum nobis ne voces.
 „ Illud etiã, Pater, decet te cogitare, à nobis com-
 „ memorari necesse est: Fas tibi non esse tuo arbi-
 „ tratu abdicare magistratum: alioquin frustra per-
 „ petuum eum iusserit esse sanctæ memoriæ Igna-
 „ tius. Suscepisti inuitus, non ignoramus, quia ta-
 „ men Instituta verant reiici, suscepisti. Quid au-
 „ tem interest primò delatari reiicere, an postquam
 „ suscepisti, pro voluntate ponere? Si congregata
 „ hunc in locum Societas iuberet te Generalem
 „ esse, tergiversari non posses: at profectò, quam-
 „ diu quod egit, ratum habet, id quod prius iussit,
 „ perpetuò iubet: tibi que humeros, quos initio,
 „ quia aliter non licebat, patienter oneri subieisti,

19
Qua inde
incommoda
dasi lice-
ret.

subducere nefas est. Velles saltem noua haberi
comitia. Quid si rursum te creet? An torincom-
moda, tot sumptus inferes, vt nihil lucreris? Cir-
cumspice Societatem: vide quàm multa quoti-
die domicilia statuantur, quàm grauia præcipui
Patrum negotia tractent. Cogita quanta rerum
omnium vbique penuria opprimamur, quanti-
que sumptus vsque à remotissimis regionibus
ueniendo redeundoque fiant, quot labores,
quot pericula subeantur. Causam profectò,
quamobrem eos viros, quibus stat vigetque
Societas, & non leui ex parte Catholica fides,
tam longis itineribus vexes, ac tot in pericula
conicias: totque impendiis exhaustas provin-
cias oneres: tot inchoata opera disturbes: omnia
propè domi forisque permisceas, esse nullam vi-
debis. Vide postremo, quò istud exemplum ali-
quo tandem tempore euadat. Aditum aperit
tempestatibus inhnitis. Quoties quem quauis
causa magistratus pigebit; abdicabit. Sed est ad-
huc aliquid deterius: fenestram aperit, vnde
olim indignus (quod Deus procul auertat) im-
probisque Præpositus istum in locum surrepat:
atque, vt est in sacro Apologo, principatum à
bonis felcibusque reiectum arboribus infelix
& spinis horrens truncus excipiat. Nam probi
viri idoneique latere ac subiici amant, non præ-
esse: onus periculumque defugiunt. Ita disserunt
vt: subducendas componendasque esse ratio-
nes: viuendum sibi: ad populi salutem liberè, ac
sine irretiendè conscientia metu discurrendum.
Cauegitur de cruce descendas; & exemplum
exitiale posteritati pares. Nobis ita videtur, quo-
niam nec Pauli Quarti acta nos amplius tenent:
nec vlla aliunde edicendæ congregationis appa-
ret causa, sed multæ grauissimæque, cur continen-
dum sit, eam edici non oportere. Hæc Assisten-
tes pro rei grauitate acriter libereque, Natalis
præsertim, cum dicerent, audiebat Lainius con-
sensus, tantumque non lacrymans: demumque
subiecit: Adiciam vestris rationibus aliquid ego
quoque, & pugnabo contra me. Non enim tas
duxerim quidquam dissimulat: ex iis, quæ ani-
mus mihi suggerit. Succurrit mihi testimonium
conscientiæ meæ. Quippe ea testis mihi fidelis
est, me neque mentis assensu, nec re verboque, si-
ue aperte ac directè, siue dissimulanter & obli-
què tetendisse vnquam ad hunc gradum, imò
eum pertinuisse: nec quidquam, quod liceret,
prætermisisse, vt auerterem. Et, quamuis ita ego
aditus contra sim; ac Deus notas quoque meas,
quæ poterant impedimento esse, palàm fieri an-
te creationem, siue voluerit, siue permiserit;
creatus sum tamen magno consensu non præ-
sentium modò, sed absentium quoque, qui om-
nes mihi suffragantur: tameti id ego suspicàs,
gauius sum eorù suffragia non obseruari. Postea
verò quàm sum creatus, nihilo visus sum plus
inde mihi placere: sed potius confundi & crube-
scere. Atque ex his aliisque coniecturis subit
mihi existimare, me planè a Deo vocatum: ac de-
bere in cruce persistere; verendumque esse, ne
fuga hæc ab amore proprio nascatur, qui cupiat
rebus magis vulgo gratis, mihi que iucundis oc-
cupari, quàm damnatum esse in omnem vitam
ad legendas scribendasque litteras, atque ad men-

20
Lainius ed-
dor & sen-
coram mens.

21
Indicia
distina
vocatior-
nis ad Ge-
neralitatè.

tem & aures alienis doloribus audiendis cogi-
tandisque defatigandas. His acce debatur, quod e-
quidem crederem, nunquam scientem me, diui-
na iuuante gratia, quidquam contra Societatem
commisurum: siq; ego onus ponerem, fieri posse
vt id alius, quod vos attigistis, susciperet, qui hoc
animo nõ esset: quamuis in Societate hominem
ego huiusmodi nullum norim. Hæc eo sensu, ea-
que ingenuitate optimus Pater dixit, vt Assisten-
tes, perinde ac si eius animus hinc atque hinc
angustis pressum spectarent oculis, miseratio
caperet: simul tamè cura leuati non mediocriter
sunt, existimantes cum sua eum conscientia re-
prehenderet, adeoque ipsi acriter reclamassent,
nihil vltra tentaturum. Non tamen sibi ille pe-
nitus satisfacit, aut continuo quieuit: verum ad
omnes, quotquot in Europa Professorum ex or-
dine essent, scribens ac nuncians, quæ hac super
re egerat Romæ, ac referens pro vtraque parte à
se, & ab Assistentibus dicta; in nomine Domini
nostri Iesu Christi, & in virtute sanctæ obedi-
entiæ mandat, vt singuli, postquam rem Deo Do-
mino commendarint, rationesque quæ vitæque
in partem mittebantur, quæque præterea cuique
se offerrent, expenderint; statuto sibi præ oculis
maioris Dei obsequio, bono que Societatis, cu-
iusus rei humanæ, negotiique perituri affectu
sublato, exponant scribantque hac de re senten-
tiam suam: noua Generalis creatio exacto trien-
nio faciendæ sit, nec ne: sententiam que sine am-
biguitate perscriptam signatamque, & arcanam,
vt nemo qualis ea sit, sciat, tradant, vel Commis-
sario in ea prouincia, vbi is fuerit, vel Prouincia-
li in aliis; vt hi diligenter Romam, si opus fuerit,
duplici via deferendas curent. Atque vt liberius
suum quisque explicet sensum, curaturum se
Romæ, vt auctores sententiarum sibi oculi
sint. Quanquam re vera mihi, inquit, istud mini-
mè necessarium videtur, quòd credo, qui pro-
nunciabit onus preferendum, quia ita censebit
expedire, ita pronunciatum: qui contra sen-
tiet, eodem fine & consilio ductum iri: speroque
fore, vt hinc nihil in animo meo offensionis sub-
oriatur; quamque singulis debeo, caritas augea-
tur potius, quàm vilo modo refrigeret. Itaque
ego, quod in me est, paratus sum concedere &
abdicare quodcunque ius, quod legitima & ca-
nonica electione ad me triennio transacto per-
tinere possit. Omnesque ac singulos enixè pre-
cor, vt, si æqualis Dei gloria esse videatur, hoc
pondere, quod sanè haud meorum est humero-
rum, liberum me esse velint. Placeat Deo, cuius
hæc dumtaxat gloria, minimaque eius Societatis
profectus propolitus est, mentes regere nostras,
id vt deligamus, quod eius maiori obsequio, &
nostrarum animarum, & proximorum utilitati
accommodatus fuerit. Amen. Romæ, xv. Kalen-
das Octobris, anno salutis humanæ M. D. L. X.

His litteris in omnes Europæ prouincias di-
missis, ordinandæ Societatis curam persequens,
ad eam totam in Europa visendam sub huius
anni exitum misit Hieronymum Naralem: cum
res præsertim in Hispania turbulentæ perurge-
rent, quemadmodum infra narrabitur. Eodem-
que tempore nouam in Italia prouinciam infi-
cuit. Etenim Italiæ Collegia, vbi Lainius, qui
eum

21

21

Natalis ad
Societatem
vifentiam
mittitur.

eam provinciam sub Ignatio administrabas, post eius decessum Vicarius subiectus est, a summo Societatis capite regi omnia ceperant. Dein post congregationem generalem tres designate provinciae, quarum Neapolitana haud dum Collegia nisi Neapolitanam ac Nolanam complexa provinciam Salmeroni commissa. Anno post Collegis, quae Venetis, Patavij, Bononiae, Ferrariae, Matinae, Genuae erant, Benedictus Palmius est praepositus: & Longobardia provincia nominata. Huius denique anni lapsu Genuensium Collegio, Florentino, Senensium, Montis Politiani, Petulino ac Lauretano sub vnius Provincialis procuratorum redactis, eis Ribadeneira praepositus est, qui vna cum Oliuero Manarao, ac Ledesma tertio Nonas Nouembris solennia quatuor vota professus erat. Provincia, quod plerumque domicilia in Hetrusco erant solo posita, Hetruria nominata. Foroliviense Collegium Longobardia subiectum est, & inde ad Hetruriam Genuense transferunt, sedes ferme Provincialis futurum. Domicilia, quae Amerinae, Tibure, & in Tusculano erant, quaedam quasi Romani Collegij membra habebantur: eoque vna cum Romanis domiciliis vnius Generalis procuratori reservata sunt. Per Italiam mira plane plurimarum civitatum studia erant Collegia postulantium. Ariminensis civitas sex e prima nobilitate cum litteris mandatisq; id curaturos legavit, nec nisi gratiarum actione, bonaq; ostensa spe tantae caritati licuit respondere: & tamen toto huius spatio anni vel ad novam instituendas colonias, vel ad supplicandas veteres, Roma haud minus centum viginti egressi.

24 Societatis per Italiam quali ad ministratio hoc tempore.

25

26 Collegij Romanorum.

27 Apparatus in supplicatio circumstanti Christi corporis.

28 Calvus San. Roman.

cedebat sancto cuiuspiam viro sacer, cuius in clientela aliqua natio esset, qui Socij ex ea natione aderant, convenientes inter se, aliosq; inuitantes pridie festi diei, in eius Divi honore, & ad eiusdem patrocinium sibi suaeq; nationi conciliandū, sese publice verberabant. Eosdem ceteros agere, eandem suscipere spote potestatem ad Sancti, cuius nomen ferebant, venerationem omnes quotquot aderant cognomines aggressi. Quibus diebus gymnasium iniebat, ad praelibandam animarum praedam, ad quam aude inhiabant, ingenti cum siti egressi per compita Urbis & fora ferebantur, non tunc odio circumforaneorum eadonū nugas inopi turba venditantū, sed maximo cum questu rusticorum, quos ad sacras & necessarias curas ab damnosis oculorum auctumq; ludibrijs auertere. Iamq; ipsi merulitici, vbi Collegij alumnos videbant, gnari quid venissent, parabant humaniter audientiam: quidemq; in locum, ut quae cepta erant doceri, perdiscerent, referebant sese proxima feria. In logiore vero autumni cessatione morem tenere consueverunt, vnoquoque per libellū indicante Rectori quid e solennibus functionibus pijs, vel peregrinationum, vel exercitiorum spiritualium, vel viliū domi & in nosocomis laborum mallet. Illi quatuor suo quilibet cum Socio circa Roman Cardinalis Sabelli Vicarij Pontificij litteris commendati, sed absque viatico illos admonitq; ut concionarentur, traiderent elementa necessaria fidei, audirent confessiones, presbyteros modestē ac prudenter ad officium excitarent, & cum caritate siquid in iis desiderari cernerent, admonerent, monitis, quae posthac sequerentur, scripto relictis conciliarent paces, ludimagistris atque discipulis apra hortamenta adhiberet, denique Sodalitates ad suas quamque leges, quibus ferme optimis continentur, seruandas impellerent. Nec minor, quam superiorē anno reclusus est fructus. Litterarum inde studia reperta celebrantate ingenti. Cum triduo de rebus diuinis, quatuor de naturalibus acriter disputatum esset, octavo die Latine, Graecē, Hebraicē declamatum, & fabula data est, summa quotidie virarū nobilium doctorumq; frequentia. Doctor Ferdinandus Iacobi ex Hispania profectus in locum Iacobi Anellandae, cui repetenda Hispania fuit, quod Romanum caelum incommodum erat, docere Theologiam cepit, Philosophiam Petrus Parra item nuper ex Hispania missus. Reliqui superiorum classium Magistri haud mutati.

29 Missiones circa Romanam.

30 Qua celebratae studia repetita.

31 Robertus Bellarminus & Ricciardus Marcelli Secundi Romani Pontificis nepotes, illum ex fratre, cui Alexander, hunc ex sorore, cui Cynthia nomen fuit. Inuicem ignaros cepit diuina vox ab curis fugacibus ad studium aeternitatis vocare, dum Patavij Ricciardus subsidia ad crescendum doctrinae quaereret: Robertus eodem esset eadem causa propediem abiturus. Sed Ricciardus, vbi sanctioris vitae successus amore est, & ad firmandam constantiam nuncupato voto Societati se dedicauit, & ab Iuris civilis cognitione ad Philosophiam transtulit, ut religionis muneribus aptior.

32 Ricciardi vocatio.

rem. Iamque anno superiore cum Gagliardis Patavinum manipulum cumulasset, nisi parentes, quorum absque bona gratia Lainius commoueri vetuit, retardassent. Verum, dum veniam ab ipsis per litteras petit, re à Roberto quoque cognita, communicatis inde sanctis consiliis, vehementer se mutuis litteris confirmarunt. Eoque lætior reuocatus in patriam Ricciardus reuertit, quod consociaturus arma cum tanto commilitone esset. Parentes, vt Christiana gerebant peccata, nihil moliri ausi, vnde cælestis semen in animis liberum grauius periclitaretur; tantum ex ipsomet Lainio precati, vt annum exploranda constantia daret. vbi id Lainius, pro tirocinio dicens fore, concessit, in pagum Ceruinorum, cui Viuo nomen, ambos abduxere. Hic tempus non sine literaria exercitatione exigebatur. Quippe in morem Academiae singulis diebus à prandio conuenientes, Alexander ipse paterfamilias Georgica Virgilij: filius eius, Ricciardique minor frater Henricus, qui postea Protonotarius & vtriusque signatura, vt vocant, Referendarius obiit, orationem Demosthenis de corona, Ricciardus Poeticam Aristotelis Græcam, Robertus orationem Tullij pro Milone explicabant. At interim Ricciardus ægritudine odioque mortalium rerum tabescebat. Quæ iucunda vulgo suauiaque habentur, erant illi spinarum instar ac fellis. Sordebant honores: diuitiæ laquei videbantur: humana omnia cœnæ ac lutum: nec nisi ad homines cruciandos valere, in ea voce Psalmographi semper animo fixus, *Vniuersa vanitas omnis homo viuens*. Mortales miserabatur ex animo, quod præ cæcitate sua rerum eiusmodi non viderent inanitate. Huius generis querimoniis oneratas litteras ad Patres Societatis dabat: quas cum à cognatis suis intercepti animaduerteret, nihilo tamen minus scribebat, gaudens, vt ipse loquitur, cerni suas litteras ab iis, à quibus retardabatur, vt legentes in iis animum suum, intelligerent quam sibi graue & acerbum sæculum esset: ac tandem id, quod differrent, omnino concedendum esse sibi persuaderent. Roberti paulò minor ætas erat, pietas par, indoles ingenij maior. In ea rustica libertate totus in vita, quam meditabatur, defixus, eius quasi tirocinia positurus, cœpit ad pagi incolas concionari miro ardore, & audientium plausu; qui ab adolescentuli ore pendebant, amantes modestiam, doctrinam pietatemque; non solitâ admirantes. Et sanè multa excellentis ingenij in ea ætate documenta præbuit. Eminēbat poetica indoles: quæ primum quasi flosculi, & planè dignum Mulsis, vt Poætæ nuncupant, virginibus, partum edidit de virginitate carmen, ita compositum, vt primæ versuum litteræ nomen ipsum Virginitas efficeret. Multa deinde Latine & Italicè carmina, & inter cætera Eclogam scripsit de laudibus Roberti Nobilij Cardinalis demortui, & Elegiam ad Abbatē eius fratrem, quæ publicè pronunciata sunt: & quidem Ecloga in aula magna Abbatis Nobilij, nec sine audientium lacrymis: tantaque approbatione, vt vix quispiam simile vero putaret ab tenero adeò ingenio annorum nondum septemdecim profecta esse opera tam matura. Post hæc et vias, quibus ad vitam Religiosam à Deo vocatus erat, &

quas habuit cum domesticis ob eam rem diminationes, est carmine Heroico persecutus spiritum ac vena singulari. Quod opus cum in versus permultos excrécet, omisit postea & cremavit, subeunte rubore, quòd de se ipse scriberet. Hic ergo optimi adolescententes dum tui iussu parentum agebant, consensione pari, sed aliquanto disparibus studiis, alter meditatione magis, alter actione ad pietatem tendentes, mutuis se colloquijs exemplisque incendebant: & in tardius dilata ab sæculo fugæ præstò aderat copia cælestium voluptatum: quæ degustate acerbiterum rerum mortalium, & amarorē magis vique aperiebant. Tandem probata satis constantia parentes, ne, si vltra tenderent, pugnare cum Deo viderentur, verumque humaniter ac piè Lainio per litteras commédatos misere Romam. In his litteris Alexander Ceruinus Ricciardi pater, ait se filium Deo dedicare, cuius nullam vnquam nisi ad litteras, & ad pietatem propensionem nouerat, & credere eum innocenter ac planè immaculatum esse. Quare Deum precatur, vt primum hunc, quem sibi de dissest fructum (erat enim natus maximus) volens acciperet: & quasi puro sinceroque, vale ad longè lateque sum ferendum sanctissimum nomen, vteretur in laudē suæ maiestatis, & Catholice fidei incrementum. Roberti non solum Vincentius Bellarminus pater, sed etiã mater Cynthia Ceruina litteras dedit. Quæ raræ pietatis matrona optimæ parentis officio fungens, ita educarat Robertum, ita cæteros educabat filios, vt aueret cunctos Deo reddere: & Collegio Societatis planè se matrem pietate ac benignitate præbebat. Litterarum eius hæc erat sententia: Agere se maiestati diuinæ gratias, quæ ad suum sanctum obsequium vocasset eum, quem plus oculis suis amabat. Quamuis enim alij sibi reliqui liberi essent (è quinque enim tertius erat Robertus) in eo tamen delicias, amorisque sitos, itemque spes propter eius cum pietatis, tum ingenij indolem repositas habuisse. Et quamuis principio consilium eius summa animi æquitate & approbatione acceperit, multoque libentius ipsum Deo nunc consecret, cui sciat optima quæque dicari æquum esse; tamen dolorem ac sensum humanitatis, qui in digressu à parente dulcissimi filij subortus est, haud posse cohibere: neque aliud leuamentum ac solatium inuenire, quam quòd nosset ei meliorem quasitam matrem, multoque præstantiorem patrem, cuius in manibus & sinu secura collocaret. Acciperet igitur illum Pater Generalis in sanctorum suorum numero filiorum: dirigeretque per vias vitæ ad portum salutis, vt eodem parèti quoque via facilior per filij preces aperiretur. Non ab similes erant litteræ patris. Notandum est hic, quam parum videant mortales. Hunc adolescentem in spem sustentandæ amplificandæque domus destinauerant parentes: & tamen cui exploratū sit, eum gradum honoris vltro sequentem, ad quem tandem fugiens & inuitus euectus est, cum à Clemente VIII. Pontifice Cardinalis est factus, fuisse vnquam consecraturum? Illud certè simillimum vero est, nisi ex religiosa obedientia adeundi Septemtrionis prouincias, tractandi res cum hæreticis cõtrouersas, docendique opportunas occasiones nactus esset, fuisse

Psal. 38.

33
Roberti in
adoles ad pi-
tatem ac
litteras.34
Alexandi
Ceruinus de
Ricciardo
filio litteræ.35
Cynthia
Ceruinus de
Roberto su.36
Magnus
na sapi-
pedum pe-
renes dum
filios natus
Religiosus
Christia-
fieri.

Christianam Rempubicam eius præclaris monumētis, cum aliis, tum nobili illo ad omnes expugnandas hæreses quasi armamentario caritativam. Quæ monuerim, vt parentes intelligant, cum suis liberis, æq; in Religioforum secedant sepra, impedimēto sunt, quantum sæpè per imprudentiam priuatum ac publicum interuētere bonum conentur. Cæterum nequaquam magis propinquos affectata Robertum sacra fefellit purpura, quam ipsūmet. Quippe puer annorum sexdecim, dum secum serio reputat, vbi nam inuenire tranquillitatem animi, quæ via ascēdere ad eam, quibus ad miniculis posset; oculisq; mentis in honores, quos se sibi destinaabat, defixis, ardentē eos diuque lustrat; nimirum Dei claritate intus illucescente, ita breuitas mortalium rerum omnium vel maximarum sub aspectum obiecta est, acriterq; commouit, vt quodam horrore concepto, curam confestim verterit ad Religioforum inuestigandum Ordinem, in quo quàm remotissimus ab omni honorum periculo, quamq; tutissimus vitam agitaret. Cumq; arcem huiusmodi nusquam munitiorem, quàm in Societate reperiret, recipere se & abdere in eam decreuit. Ita & Robertus in id, quod fugiebat, per suam maximè fugam incurrit: & propinqui id, quod volebant, per id maximè, quod nolēbant, inuenere; ille sua spe, hi desperatione decepti.

Duorum adolescentium in Societatem vocati, vnus boni senis ad societatem Beatorum educationem subnectam. Antonius Lega Neapolitanus circiter Idus Iulias Neapoli mortuus est. Is ætate iam grandis, sed vegeta viuidaq; senectæ aurifex (hanc enim artem profitebatur) insignis, quarto antè anno ad consilia Christi Domini, & perfectionem fecerat gradum, postquam diuinis præceptis in omni vita parauerat. Magnificabat iam tum vnus è populo: cuiusq; quidquid artificii suo quæteret, pauperibus quæreret, vulgò Inopum pater appellabatur. Quo diutius in actione virtutis exercitus erat, hoc studiosius disciplinā capessuit potiorem. Religiofarū legum nemo Tironum adolescentium puncta & apices diligentius ac tenacius obseruabat: obediētia ad nutum Moderatoris mirè volueris & accurata erat: namus idem, in dustrisq; & indefessus, & nunquam cessans. Cum domestici munus obiret procuratoris gratissimum domi forisq; humilitatis odorē & caritatis spargebat. Christophorus Mendoza, qui Neapolitanum regebat Collegium, nunquam in eo, quam diu domi vixit, vel leuissimum commoti aut impatientis animi signum perspetum refert. Neque vnò contentus ministerio & labore simpliciter: verum quidquid se offerret, ad id alacriter ac promptè admouebat manum. Si quis domi decumberet, primus ille inuisere, solari, assiduus esse, ministrare paternā constantia, sensu ac suauitate materna. Neque id mirum in eo, qui vetus illud iuudi pauperes institutum seuerioris aggressionē vitæ non intermisserat, sed absolutius sanctiusq; obtinebat. Delicias illi ferēbāt esse inter pauperes agere, in publica hospitali domo versari. Ad hanc, & quoties orium se dabat, raptim excurrēbat; & diebus quibusque festis per orium se onustus rosariis libellisq; catechisticis conferebat. Quorum ille munusculo-

rum largitionem ad iuuandam destitute ab omni subsidio gentis pietatem, laudante inuentum iuuanteq; Rectore, excogitabat. Eadem munuscula, vt opportunum rebatur, aliis quoque pauperibus, ac per vrbem mendicantibus diuidebat, addens piam adhortationē, vt vterentur ac rationem, qua salutariter vterentur, ostendēs. Vagis hominibus libentissimè teclum ac domum, apud quem aleretur, & opus facerent, conquirebat: vt hac vna re cum fame eneētis prouideret corporibus, tum viam sceleribus infinitis obstrueret. Miseras quoque norat familias: ad easq; si quid è tenuitate mensæ domesticæ reliquiarum esset, quasi pater prouidus sedulo collectum ipsemet sub pallio gestabat. Cum totus in laboribus Dei gratia perferendis leuandisque proximis esset, & acri pollens iudicio vias ad id sedulo indagaret, siquæ vacua incidere tempora, vel ad agendum cum Deo profugiebat, vel quiddam piarum pingebat imaginū, exprimens ad eò feliciter pietatē, vt animi sui formare exemplum videretur. Hisce in studiis sexagenarius iuuenili animo versans, post aliquot dierū septim nihil aliud ante oculos, quàm crucem Domini, quam ipsemet sinxerat, nihil in ore habēs, quàm eius sanctissimum nomē, ad æterna tabernacula à pauperibus præcipuè recipiendus felici morte iter intendit. Funus eius Neapolitanorum multitudo ingens celebrauit. Sparsaq; post eius obitum, & aucta virtutum singularium fama ad Patrum superfluum auctoritatē valuit: ac Religiosi è Benedictinorū nobili familia, quæ ad S. Seuerini degunt, vt amorem obseruantiamq; suam aduersus Antonium demortuum declararent, cuncti Sacrum vno die, templo ritu funebri præparato, pro eius anima fecerunt.

Sed pietas aduersus calamitosos (quoniam ea mentio incidit) quantarū virium sit, opportunè documentum subicietur, sumpto hinc narrationis exordio. Ioannes Cerda Dux Methymnae pro Rege Philippo Siciliam administrans, cum regio iussu egregiā adornasset classem, Tripolim Africae militiæ S. Ioannis aliquot autē annis à Turcis ereptam, tentaturus, Iacobū Ainedum Balearis maioris Episcopum, qui missu Regis insulæ Siciliae res inspectabat, curandis, quos morbi corripere, classariis præfecit. Is ad hanc procurationem hominū Societatis operā destinauit. Quare enixè postulanti, duos sacerdotes, quinque laicos, qui strenui & laborū apprimè patientes fore videbantur, Lainius de dit. Sacerdorum alter Petrus Beluerus fuit, qui Nouitios Messanae erudiebat: alter Antonius Vinekius tum Rector Collegij Catanensis; idem ille, qui ex hac expeditione in Siciliam reuersus, inde Treuiros eius Collegij primus Rector euocatus est, vt inferius dicam. Dum Messanae exercitus cogitur, ibiq; Aluarum Sandem cum Cisalpinorum copis Protex opperitur, magnam militum manum multiplex morbus afflixit, nec paucos interemit. Hæc prima Antonij & Sociorum palestra fuit; quanquā etiam Socij Mamertini pro virili subiere laborum partem: nec adolescentibus nobilibus, qui nostrum gymnasium frequentabāt, vilia obire ministeria in leuandis omni ope incensibus inglorius aut laboriosum fuit. Quo spectaculo & ciuitas plu-

37
Robertus
bellarmi-
num quid
namque ad
Societatem
pertinet.

38
Antonius
Lega
Neapolitanus
circiter
Idus Iulias
Neapoli
mortuus
est.

40
Antonius
Vinekius
tum Rector
Collegij
 Catanensis
fuit.

39

41
Zerba insu-
la capitur.

simum recreata, & insperatum miseris noua erga se spectatibus officia additum solatium est. Tandem, vere primo ineunte trirēibus adiunctis Pontificiis, itemq; Florentinis ac Melitēsis regni classis soluit. Et, quoniam rectum tenere cursum, coortā prohibere tēpestates, ad Lotophagitem insulā (Zerbas hodie vocant) versa, exiguo eam conatu quarto Idus Martias in ditionem accepit. Ibi ceteris muniendæ arci intēsis instituen- di valetudinarij cura Patri Antonio demādat. Trecenti erant ægroti: Oeconomus Episcopi in Melita insula substiterat letaliter laborans; curatores alij, vel morte absumpti, vel cura indigi ipsi iacebant: e Sociis septem, quatuor ē recenti morbo haud dum satis emerferāt. In his ipse erat totius manipuli præfectus Antonius, cum rei summa ad ipsam multū licet reluctante, præsertim, ne rem pecuniariam administraret, iussu Episcopi ac Proregis supremam necessitatē proponētium delata est. Sedulo inde accurateque, beneuolē ac paternē rem Socij cuncti agere: plurimum dies ac noctes exhaurire laborū, u præsertim quibus vires & salus integra erat. Non multis post diebus classis Turcica aduehitur, prælioque cōmissō Christiana infelicitē pugnat. Dum pugna inicitur, non procul ab classe, vnā cum Canonico viro optimo, qui vice Episcopi præerat, omnes ē Societate, duo Capuccini, alij ministeris ægrotorum addicti quidā, idonei ad pugnandum nulli, vel omnino perpauci in onerariā, in quam contulerāt ægrotos, recipiūt sese. Nauarchus vbi afflictam rem Christianorū videt: præterq; capta ac demersa nauigia, quædam deditiōnem fecisse, Canonicum, pēnes quem summa rerum in onerariā erat, simulq; Patres idem vt faciant, cohortatur. Iam enim etiam explosa bombardā hostis vela colligi ac cedi iussenat. Canonicus excelso fidentiq; animo nauarchum auersatus, seuerisq; verbis ac minis deterritū ad constantiam vrget, & vela in fugā explicare iubet. Qua ex cōstantia tantum repente accessit nauarcho animi, vt extemplo explodi bombardam iuberet, quæ indicium barbaro esset abnui deditiōnem. Exiguo vento oneraria Sicilia versus iam ferebatur. Hostes cum alibi propē debellassent, seprē trirēmes ad onerariam mittunt. Illæ dum accedūt, Canonicus, Capuccini, cuncti ē Societate, nauarchus, aliq; nonnulli raptim purgant cōfessione noxas, ac fusis ad Deum precibus ad propugnationem patiter sese accingūt. Nemini licebat, nec libebat tanto in discrimine ab opere vacare. Religiosi quoque subuectare tormētarium puluerē, bombardas instruere: quæq; erant opus, administrare. Si qui præ metu se ē nautis abderent, conquire, protrahere in mediū, animū facere, ad opus admouere. Hac contentione ad horas duas seprē trirēmium repulsa vis est: cum repente nouem præterea accurrunt, multiplicantque certamen: mox & vndecim, inter quas vna insignis, quæ princeps totius classis videbatur, cōuolant; & onerariam tantū non circumuallant. Nihil tamen nauarchus, nihil ceteri animū despondere. Septem ac viginti optimē armis ac pugnatoribus instructæ trirēmes, exq; victrices iam iam vnā nauim nudā præsidio voraturæ videbantur: sed nimirū hinc Deus, impiorū inde furor pugnabat.

42
Sociorum in
ægrotis cu-
randis labo-
res.

43
Mirabiliter
seruatur o-
neraria qua
ægrotos ve-
hebat.

Cum idē hostiles magna ex parte irriti caderēt, immanisq; tempestas in horricū dumtaxat tonitruorum perpetuorū fragorē euanesceret: oneraria cām sepe aliā feliciter bombardā hostem percussit, tum demū summo in discrimine collibrato in eam, quæ princeps putabatur, icū, ita eam indepta est, vt ligno vno pharoque abrepto, partem quoque puppis abstulerit: quo admonita malo ea repente obducto velo, se pugne subtraxit, ac principem mox ceteris consecutus, expeditus onerariæ in Siciliam cursus fuit. Horas propē sex pugna tenuit: octo amissi, in his alter Capuccinorū, & gubernator qui clauum tenebat. Duæ res humanam opem spectantibus saluti videbantur fuisse. Primum, quod Ioannes Fontius ē Societate laicus, qui sciēs ac strenuus olim pugnator ab seculari ad Religiosam transierat militiam, in consimili quondā uersatus periculo, cum animaduertisset rudentibus bombardæ icū abruptis vela concidisse; id ne contingeret, auctor fuit antennis ad malum tenaciū alligādī, quod cum factum esset, vsui plurimum fuit. Nam etiā in conflictu discerpere hostium tela rudentes, nunquam tamen alarū suarum remigio destituta est nauis: & ad vltimū illū felicemq; icū, quo salus parata est, bombardā intruxerat idem ipse, & colibrarat. Deinde quod hostes autē nō sunt, proximē ad motis trirēibus cōminus onerariā aggredi, in eamq; transcendere, metu (vt credebatur) insidiarum: quod cum ferē nemo in nauī appareret, atque egregiē tamen propugnaretur, magnam aliquam abditam ibi esse militum manū suspicabantur. Nemo tamen tantam rem miraculo eximebat. Quare nauarchus non suam esse iam onerariam solebat dicere, sed Canonici hominumq; Societatis, quibus eam Deus apertē donasset. Illi verō aiebant Deum ostendere uoluisse, quā sibi grata sint aduersus ægros pietatis officia.

Hæc in mari Libycō gesta. Cæterum & Borealem oceanum hoc anno, & longius internū mare Societas nauigauit, in Hiberniam & in Cyprium hominibus missis. In Hiberniā iam olim Nuncijs Apostolici abierant Paschasius & Salmeron: sed propter Henrici Anglorū Regis dominatū nihil propemodū agi licuit. Mortuo Henrico, & filio Odoardo Sexto, cum regnū Anglicanū ad Mariam Catholicam peruissset, vt in Angliā, sic in Hibernia religionis res cæperūt caput attollere. Cæterum & hæc breui indignis crepta mortalibus, cum Elisabetha, quæ ei successit, tam sepro heretica palām ferret; Hibernia, quanquā maximam partem vera ac prisca obtinebat sacra, & in Romanos Pontifices vulgō gens non modō vt Christianorū sacrorū Antistes, sed vt Principes nominatim suos (cum eorum ditionis sit) optime animata erat; tamen propter & magistratus hereticos, & cōmercia Anglorū in maritimis præcipuē locis non pauci velut cōtagione insitebantur. Ideo Ioanni Motono Cardinali eius insulæ patrono necessarius videbatur vt pius ac prudēs, qui clementer res uideret: & cum laicos, tum Ecclesiasticos in pietate Catholica, Romaniq; Pontificis obedientia confirmaret. Hominem huiusmodi Pontifex hoc in munus ab Lænio postulat. Designatus est David Wollius, quod & cætera

idoneus

45
Secunda in
Hiberniam
Societas
missa.

46 idoneus videretur, & Hibernus ipse natione locorum gentisque erat peritus; addito socio nationis eiusdem. Dauid rebus Vallis Tellinae compositis, Fossani, vbi supra diximus præceptoriam Posseniino traditam, vna cum eo vtilibus fungebatur laboribus. Hunc in Urbem accitum Pontifex primo creare Episcopum voluit; dein cum Apostolici Nuncij potestate, & honoris insignibus mittere: sed Lanius utrobique contra rogante, tum ut in Societate humilitas Religiosa incorruptior seruarietur; tum ut liberius ipse, qui mittebatur, agere posset, eoque minor apud hæreticos esset invidia, quo rectius ac quietius ageret; noluit Pontifex dissentire. Potestate igitur Apostolici Nuncij, que ad animarum emolumenta necessaria erat, cum Dauide omnem communicauit: sed externi tituli ornamenta, & insignia honoris remisit. Dedit autem præter cætera in mandatis, ut videretur vbi Episcoporum sedes vacarent: ac referret ipse quos iudicaret idoneos, ut inuitis ac laboriosa Romæ profectio & ambitio noxia tolleretur. Idem in sacerdotiis quibusdā maioribus eius insula faceret, quorum traditio ab Urbe peteretur. Viatico à Põntifice, bonoque; insuper piacularium fertorum, aliarumque; his similibus rerum numero instructus xi. Kalendas Septembris Roma profectus est. Captus in oppido Condiuico pro Lutherano est, cum suspecta essent omnia, & quatuor dies vexatus: in sancto Malo cum sarcinulas suas imposuisset in nauim, vsque Burdegalam quamvis comite inuito, pedibus processit. & fuit diuinus instinctus nam ea nauis & sarcinula eius omnes perierunt. Iam summa erat hiems, & quæ plurimæ naues in oceano illo paucis antè diebus perierant. Inde multi suadebant Dauidi, ut mitiorè opperiretur anni tempestatè. Ille tamen paratà eo tempore soluere negotiatorum nauim cum reperisset, turpe esse dicens, plus eos mortalis causa lucri audere, quam Religiosos, ut astitimas Dei sanguine animas lucrifaciant: siquæ illis tanta salutis esset spes, multò sibi maiorem adesse oportere nil nisi diuinam sequenti gloriam; nomine implorato Domini conscendit.

48 In Cyprum nouo cum Archiepiscopo (is erat Philippus è clarissima Venetiis Mocenicorum familia, qui omnibus modis viri de Societate expectauerat) Emmanuel à Mõte maiore Lusitanus, Italicè sciens, bonus concionator, & acer operarius missus est. Societas quæ fermè iam totum & Orientis oceanum nauigabat & Occidentis, internum mare (nisi fortè Ignatij in Palæstinâ navigationem numeres) nondum vltra Siciliæ oram penetrarat: cupiebat autem aditum aperiri sibi ad iuandas, qua possent ope, Orientis Ecclesias tantopere laborantes, quod primorum Patrum vota prima spectarant: ipseque olim Julius Põntifex Tertius Collegij in Cypro condendi potestatem fecerat. Eo libentius Archiepiscopo Mocenico est concessus Emmanuel. Is vii. Kalendas Augusti Roma profectus, quacunque iter faceret, relicta feruoris sui vestigijs, haud sine animorum lucro Venetias venit. Ibi statim negotio intentus, dum carcere clausos inuisset, homine, qui annum iam duodecim diuinis mysterijs abstinebat, ad penitentiam adducto, vi. Idus Augusti vna cum socio Clemente nauim conscendit line villo ad nauiga-

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

tionè apparatu, Dei penu & arca fretus. Mirabatur vectores, quid ita, cum trepidè pro se quisque alij sarcinas suas inferrent, ipsi cessarent: querentique; causam Archiepiscopo respõdit Emmanuel: De ipsis sollicitus Antistes ne esset, habere iam se sua secum omnia, abundeque; sibi esse prouisum. Hæc dixit Euangelicam describens paupertatem (quam Sanctorum more ditissimâ, ac pretiosissimum exilij huius thesaurum in litteris suis appellat) in eaque; reposita sibi omnia interpretabatur. Inde tamen, quòd scilicet Antistes audito Patribus omnia parata esse, nihil præterea prouidebat, est factum principio, ut exoptatos illi sancte paupertatis gustarent fructus; ac ne certi quidè receptaculi quidquam haberent in nauim. Sed breui patuit, Euangelica inopia quantum vchigal sit. Vbi cognitum est nihil eos prouisi habere, sic affluxere omnia, ut in repudiandis, quæ ad comòdè diuersandum, ad victum vestitumque; certatim vectores & Antistes, eiusque; familia deferebant, dimicandum assidue esset. Nec minus erat in eos liberalis Emmanuel. Omnes qui vehabantur, ita paulatim instituit, ut non scelera modò impiaque; in diuinum Numen ac Sanctos Calites dicta, consueta nauticæ turbæ vitia, ex toto prospè sumpta essent: sed multa etiam rectè pieque; quotidie faceret. Sub ortum occasumque; Solis videre erat vel singulos, vel binos huc illucque; digressos Litanijs, rosaria precesque; alias peccurrentes: & gratissima pijs auribus admurmuratione loca nauis omnia personabant. Diebus Dominicis Emmanuel Missa absque; sacrificio, quatenus licet in mari, peracta concionabatur: singulis verò diebus modò hos, modò illos alloquens docebat, excitabat, ad meliora pellebat. Multorum audiuit confessiones, & quidem nauatarum ab multis retro annis, quibus omiserant, repetitas. Nec Clemens (quantum eius ferebat conditio) segnissimus erat: cuius præcipuus labor in curandis, si quorum valetudo caderet, ponebatur. Erant in eadè nauim viri nobiles Cyprij. Cum his id quoque lucri est factum, quòd ex duorum gustu, vbi descenderunt in Cyprum, honorificè de toto Ordine expectationè cõcitarunt. Cæterum exigua bonæ spem frugis se reperisse Emmanuel refert. Viri nobiles plerique ritus tenebant Latinos: Græcos feminæ. Præter hos præcipuos Maronitæ erant, nihil fermè prudenter ab Catholicis discrepantes, tum Iacobitæ, Cophithi, Armeni sub Episcopis suis. In eadè familia, intraque; eosdem parietes vir, vxor, liberi, alij alios profitebantur ritus, pauci que; vnum quempiam integrè & constanter: sed quæ cui in quoque blandirentur, ea notant & consecretabantur; adeò ut vnus idemque cum cæteris diebus Græcè se profiteretur; fena tamè quarta, qua interdictus Græcis est vsus carniun, more viueret Latinorum: & qui de cætero Latinos sequebatur, die sabbati, quo Græcis carnibus vesci fas est, græcicaretur: denique Latinorum quoque sacerdotum nonnemo ritu Græcorum vxores haberet. Plurima huiusmodi monstrorum farrago succreuisse turba dicebatur per absentiam Pastorum, quos longo iam tempore annis, ut aiebant, septuaginta ad es primaria nullos vidisset. Eo noui Archiepiscopi gratior bonis aduetus accidit, quem Nicoliani ciues (Nicosia enim Archiepiscopi erat sedes) apparatu, pompaque; maxima celebra-

L

50

51
Status religionis in Cypro per id tempus.

49
Emmanuelis à Mõte maiore feruor.

52
Emmanuel
in Cypri
labores.

52
Iunt. Concionabatur Emmanuel singulis diebus Dominicis, ac religiosioribus aliis: verum plerisq; Italicæ Latineq; ignorantibus haud latè admodù patebat utilitas. Fructuosior erat catechismi explicatio, quã in Antistitis ædibus Clero vniuerso, multiq; nobiliù ciuium, aliquot præterea è Religiosis familiis audiētibus ter in hebdomada obibat. Verùm cura eius prima in Antistite adiuuando, ipsomet sic volēte, sita erat. In Ecclesiis visendis, in corrigendis moribus, & probandâ doctrina Cleri, in deliberationibus omnibus adhibebatur. Hac in re sui præcipuum laboris fructù ponebat, sperans fore, vt in membra à capite salubritas permaneret. Collegij Societatis instituēdi necessitas ingens, spes apparebat exigua. Tandemque Archiepiscopo ad Conciliū Tridentinū euocato, ipse quoq; Emmanuel in Italiam rediit Collegij te infecta. Quod si conditū esset, haud profectò mediocriter & ad alia, & in id tempus opportunum fuisset, cum decennio post nobilissimum regnum tanto Christiani nominis detrimento oppugnatum & occupatum à Turcis est.

53
Bobadilla
res in Dal-
matia.

53
Epidauri in Dalmatia nec tanta necessitas & spes maior se obtulit. Nicolaus Bobadilla Iadentis Ecclesiæ, & Archiepiscopo operâ vtiliter nauatâ, Epidaurū, vti fuerat ab eius Reipublicæ Antistite rogatus, excurrit. Eius non multis concionibus auditis, & cætera iuuandi proximos ratione ac dexteritate perspecta, Collegium Societatis instituere cōmuni consilio Reipublica decreuit: eaq; de re ad Lainium litteras dedit. In iis litteris ait, iam diu sibi fuisse in votis Collegium instituere sacerdotū eiusmodi, ex quibus & ceteri sacri viri exempla, & populares præcepta Christianè viuendi caperent. Habere enim persuasum oportere in Epidaurensi Republica Christianam sanctitatē florere vel maximè: vt, quoniam adeò vicinos habet Christi hostes, & aduersus eorum corruptelas tuta sit, & verò etiam innocētia morum arguat, ac pudore suffundat. Quales optabat sacerdotes, dudū se fando audisse, modò ex Bobadillæ vita actionibusq; vidisse, sacerdotes esse Societatis Iesv. Quare aliquot sibi horū cōcederet, tres minimū operi inchoando. Satis intelligebat Lainius peropportuna fore Societati sedē Epidauri, tum propter Illyricæ linguæ vsū latè patentē, tum etiam, vt inde ad Turcarū quoque prouincias pedetentim aditus caperetur. Sed operatū angustia non permittere nisi duos sacerdotes concedi, ipsum Bobadillâ, & Lucâ Salernitanū vnâ cum vitæ domesticæ adiutore. Volebat hos ciuitas in curiæ ædibus diuersari, sed Bobadilla cum in quartanâ permolestâ esset implicitus, monasteriū S. Iacobi, quod est Religiosorum S. Benedicti, prætulit. Erat in eo monasterio Abbas Chrysofomus doctrina vitæ & pietate notus, & nostri Ordinis, cuius in Tridentino nuper Concilio, cui ipse quoq; interfuerat, specimen cepit, studiosus in paucis. Hæc tria, quæ ibi sunt eius Ordinis monasteria, in quâ optimâ reuocare formam medians, Lainium enixè rogauit, vt ea per quempiam Sociorū quandoq; in anno inspicienda, præceptisq; formadâ susciperet: atq; ad idem opus Bobadillæ cōsilio & laboribus vti cupiens, eum apud se habuit, miraq; agrū pietate tractauit. Nec sanè Bobadilla, quamuis affecta valetu-

54
Reipublica
Ragusana
pisciat.

54
dine, vel ciuitati, vel monasterio deerat. Ad cætera Societati cōsuetâ munera, quæ P. Lucas quoque strenuè obibat, vbi sanctiores dies recurrent, verba ad populū faciebat in primario templo: ac ter in hebdomada in monasterio. Abbas Chrysofomus rogatu, iunioribus eius Monachis, quos idem multos adseripserat, suumq; ad ingenium formabat, Magistris sententiarum quartum librum interpretabatur, eosdemq; ad pietatis disciplinam ascetica B. Ignatii formula excolebat. Cæterum ne hic quidem Collegij institutio sortita est exitum.

Indignius tamen in Valle Tellina cū cōstitutum iam esset, disturbatū est. Antonius Quadrius re sita familiari Collegio extruendo donata, cupiens primo quoq; tempore Collegiū in esse, eaq; patriâ suam præsidio munitam videre, Praga Ponticè redierat. nec minus erat eius studiū vxoris cū priuati amore sui profectus, tum communis populari. Sex igitur Septembri mense eò missi, tres sacerdotes, totidē nondū sacris initiati: iussiq; omnes quàm lenissimè agere, à publicis etiâ abstinere cōcionibus, tantumq; Magistrorū titulum præferre, ne quam cuiquā mortaliū offerrent calumniarū causam, & Grisones dominos exacerbarent. Quippe in dies peiorē in locū religionis redigebatur iturus, indignumq; editū erat decretum, vt vbi vel vnus esset, qui audire lutheranismum vellet, impendio publico concionator ex ea se cetera aleretur, erepta Catholicis publicè dicendi potestate, nisi eam certis cōditionibus, & mercede magna redimerent. Exiguo huic manipulo Sociorū præfectus est Tarquinius Rainaldus Romanus, qui nuper in Romano Collegio Theologicæ doctrinæ metam attingerat, humanarū vitæ diuinarumq; rerū bene doctus, spectatæq; virtutis. Quanta Antonij Quadrij euilique coniugis, quanta Marci Antonij Archipresbyteri, qui adiungere se numero Sociorum auebat, quanta oppidii totius ad conspectū Patrum laetitia & gratulatio extiterit, nequaquā procliuè relatu est. Cæterum quo cumulator ea fuit, hoc breui in tristiorē solitudinem vertit. Haud multis interiectis diebus multorum eius Vallis oppidorum Prætor Equiti Quadrio nunciat se litteras & mandata Grisonū habere, vt eos Magistros, qui nuper Ponticè aduenissent, totâ Valle Tellina cogat abscedere: se quoq; Catholicū esse, eaq; nolle id pro potestate facere: ipse potius amicè moneret, ad suos pacatè redirent, nec vim vltimam expectarent. Negauit Antonius id se facturū, vel fieri passurum, quoad manifestū sibi fieret id omnium planè, qui inter Grisones Rempublicam administrant, sententia consensuq; imperatū esse. Neq; enim se ignorare in eorū legibus esse, vt decretū iussuq; nullum obseruetur, quod cōmuni ordines ac cōsiderati omnes cōsensu non ediderint. Equum esse Prætozem, quandoquidem Catholicus est, negorio, quod in religionis cōmodum cedat, pro sua vitæ parte patrocinari: super se dere q; iussum exequi, quoad liquidò constet rem rectè & ordine actam esse. Hæc 11. Kalendas Nouembris gesta sunt. Nec multū spei Prætor Quadrio reliquū fecit. Postero die Collegij discrimine vulgato per oppidum, oppidani vniuersi cateruatim viri feminæq; Sondrium (ibi erat sedes Prætoris) accurrūt. Præcipue

56
Collegium
in Valli-
lina institu-
atur.

57

58
Grisonibus
collitur.

acriter instat nobilitas: denique id exoratum est, ut, quoad pitachium celebraretur (est hoc apud eos genus conciliabuliminus, quam comitia) Patres manerēt. Summa apud Pontanos in inuidia erat quidam Equitis Quadrij cōsanguinei, præsertim duo Iuris periti. Hi, quod Antonius carebat liberis, cum ad eius hereditatem, vt iis locis amplam, oculum & cupidinem adiecissent; clanculum de eiciendis Patribus vulgò agere putabantur, quò rem Collegio destinatum ad se se taperent, præ amore pecuniæ ad summouenda Catholica fidei præsidia hæreticis acriter. Ad eò verum est, qui opes inmodicè cupiunt, ab fidei naufragio propè abesse. Hi, vbi viderūt Antonio certū esse Collegium perpetuum facere, & mansuris vctigalibus stabilire, non dubitant Patrem Tarquinium conuenire ac rogare, ne contra omnia iura more sc̄que gentium spoliari ipsos penitus hereditate sinat. Quod Patres auctores fuerint, id Antonium haud ægrè facturum se q̄; Patribus rem acceptam grato animo relaturus. Respondit Tarquinius sibi ante paucos dies norum Quadrium non fuisse. Homines Religiosos, qui patrimonium sua reliquissent, profectò alieni amore in eam Vallem non venisse. Adesse ibi se eorū iussu, quos Christi Domini loco vitæ suæ moderatores susceperant, paratos, si tempus ferret, vitam & sanguinem ad animarū salutem, non solūm Quadrii, sed omnibus populis dare. Cæterum, si Antonius se audiret, curaturū, vt hereditatis multā iis legaret partem. Nam quanquā, quem admodum instituerat, cōsecrare Deo præstantius opus erat, tamen ad conferendam cum omnibus pacem, id se, quod peterēt, iussurū: nec defuturam paucis Religiosis alendis cum ceterorum ciuium prouidentiam, tum verò Patris cælestis curā. Vili sunt abire gustata hac speculatiores. Interim Antonius ad conciliabulum abierat, Collegij causam præfens commendaturus: & Patres docere cœperat magnum puerorum numerū: quos tres in classes tributos tres docebat Magistrū. Ex oppidis autē pagiq̄; vicinis plures quotidie confluebant. Defuncti se tempestate Pontani rebantur, cum repente tristis ab Antonio primū nunciū accipitur. Decretū in pitachio, vt Collegium profus amā daretur: idq̄; ipsum paulò pōst, dicta die, qua extra fines Vallis essent, pro potestate Prætor edicit. Populi quā iracundiæ & indignabundæ voces, quā lamenta & gemitus audiebantur, tamen parendum erat. Decreuerē communi consilio Pontani, vt Patres Edelium ad fines Canonice vallis oppidulū procul inde viginti milia passuum Venetæ ditionis secederent; ibiq̄; comitorū, quæ initio insequenti anni habenda erant, exitum prestolarentur: haud passi Comum redire, aliamue interiorē Italia vrbem repetere: ne, si quid ipsi in comitiis impetrarēt, quod non desperabant, fixa alibi sede, sibi non redderentur. Edelium igitur extremo Decembri per summa frigora, & vndique niue alta obrutas valles abire. Ibiq̄; benignitate Pontanorū, qui omnia abundè suppeditabāt, & vt Apostolus loquitur, non solūm sua, sed & oculos suos, si fieri posset, eruisent, & de dissent eis, comitia opperiebātur. Interim cogere pecuniæ magnam vim Pontani, vt dono ingenti animos caperent dominorum,

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

conciliare gratiam Principum, curate commendatitas literas à vicinis & à longinquis, nihil sanè omittere, quod cupidissimos salutaris suæ viros facere moris est. Ad eò vt non suam, sed tam bonorum virorū vicē Patres dolerent; & ex intimis angerētur sensibus, quòd tam dignis omni auxilio populis, tam interclusæ ad auxiliū essent via.

Sed dum in vnā vallem aditum Satan obsepiebat, in subalpinas complures, totamq̄; Ducis Sabaudi ditionem lenissimè Deus aperiebat. Antonium Possuinū, de quo in plenum suprà narratum est, quo arētius sibi deuincirent patroni, præcepta S. Antonij, quæ Fossani est, alligauerant. Eam Deus in magnarum rerum occasione vertit. Quippe vbi ille Romam ad Societate Patraui venit, diditò rumore mortuum esse, cum eam cupidè quidam inuasissent; rem vt ritè componeret, & religionem Catholicam eadem operā Emmanueli Philiberto Sabaudie Duci & Piedemontium Principi commendaret, mittendum Lainius duxit. Cui discedenti post alia, hoc instar omniū præcepti dedit. In rebus agēdis consiliū q̄; capiendis præsentem adesse sibi ipsum existimaret, Huius initio anni, quanquam priuata pietatis & cōstantiæ gratia spōte sua tribus se Religiosorum obligarat votis, tamen etiā nū Nouitius, cumq̄; pristino cultu ac titulo Commendatarij, nempe ad domesticas res maiore cum libertate tractandas dissimulata Societate profectus est, Niciæ Ducem conuenit, perque amanter exceptus, vbi, quæ pro sua priuata re petierat, impetrauit, captata occasione rem religionis publicæ aggreditur. Multa iis in locis bello antè à Galis capta ex pacis & affinitatis legibus Princeps nuper recuperauerat. Inde Possuinus sapienter ingressus monet, quando veterem sibi ditionem subalpinorū Deus reddiderit, curet ipse vicissim subiectorum sibi populorum animæ vt Deo reddantur. Hac re non æternum modò beatumq̄; sibi regnum in cælo paraturum, sed terrenæ quoque ditionis firmamentum. Plus nimio quotidie cerni, mortales cum ab Romana Ecclesia, hoc est à Deo, defecere, continuo aduersus humanas quoque potestates fidē fluxam gerere: vel ipsam ante oculos esse Geneuam testem. Cum autē Emmanuel audiret, iuberetque quid opus factocenseret, promerere, Possuinus sibi: quid ad mortum fideiq̄; sincera iis in locis restitutionem oportuna hæc videri subiecit. Primū quoniam per impunitatem ac licentiam bellicam in Religiosorum monasteriis miserum in modum seuenor disciplina conciderat; ac plerique sanctis indigni familiis, quarum nomen profitebantur, sanctoq̄; indigni, quo tegebantur & commendabantur, habitu, per morum ac doctrinæ corruptelam secum populos trahebant in præceptis; ad Generales Ordinum, eorundemq̄; patronos Cardinales daret literas, quibus rogaret, vt, quando sublati diuina benignitate bellis, reddita commercia erant; ea cœnobita visenda, sum mouendos malos, ac substituendos, qui in corrupta doctrina & vita ad bene agendum sentiendumq̄; duces multitudini essent, curarent. Deinde, quia superstitiones multas & scandala inferebant in corroganda ex populis stipe Quæstuarij Abbatiarum, quas multas in ea vicinitate Re-

ligio

61
In subalpinis
vallis
prioris
Societatis
aditus.

62
Possuinus
sapiens
colloquium
cum
Sabaudia
Duce.

63

19
Avaritia
quanta vis.

60
Pontanorū
pietas.

ligio militaris S. Antonij Viennæ Gallicæ habet, ne id negotij per hæreticos, neu per apostatas, aut aliõ qui improbos imperitosque sacerdotes, sed per idoneos viros administraretur, qui apud quos agerent, bonum Christi odorem diffunderent. Ergo litteræ ad magnũ eius Religionis Patronum, & ad Cardinalem Tucnonium eiusdem patronum darentur. Quod feliciter curatum est: & mox Tridentina Synodus Quæstuarios sustulit. Postremò sacerdotia, quantum in se esset, deferri non nisi ad eos lineret, qui fideliter ac prudenter commissam sibi possent vellentque Domini familiam pascere. Non rarò enim fieri, vt familiares Principum, aliique qui se gratiosos apud eos rentur, Christi sanguinem quæstui habentes coniunctos sibi aliqua necessitudine homines obtrudant, quouis supplicio, quam vilo beneficio digniores: indeque fieri, vt non sit, qui plebem recta doceat, induciq; in fraudem prohibeat; sed vt lupi vice custodum quibus opponantur. Regem Philippum in Hispania non pati sacerdotia nisi iis, quos constet rerum diuinarum affatim esse doctos, attribui; & ab hac re bene Hispaniæ esse, quòd Clerus incitiam non labore. Porro faciles, per seq; ad pietatem flexos subalpinorum animos esse: rei summam ab Religiosis sacerdotibusque, quos turba simplex obseruat & sequitur, pendere. Rectè admones (inquit cum gemitu Emmanuel) sed vnde in tantis tenebris, tamq; sterili sæculo præsens, quæ oporteret, copia sacerdotum virtute ac scientia præditorum? Ferdinandus Imperator, inquit Possseuinus, ad homines eiusmodi idoneos efficiendos, gemina nititur via. Primum bonæ spei iuuenes è Germania Romam in Collegio Germanico educandos mittit: vbi & morum & doctrinæ magistris optimos habent, è quorum disciplina digressi concepto in hæretes odio, maiestate Romanæ Ecclesiæ & sanctitate perspecta, in super ipsi doctrina armati, vitæ innocentia recti, vbi in patriam rediere, magno vbique præsidio sunt. Deinde Societatis Iesu virtute cognita, sub cuius disciplina Germani iuuenes Romæ instituuntur, faretur Imperator nullum præsentius miseris hisce temporibus se inuenire subsidium, quam si huius familiæ viros in terras suas quamplurimos aduocet. Itaque eorum fundandi Collegia finem nullum facit. Quorum præsidio Collegiorum & teneræ ætas religiosè educatur, & Catholici confirmantur: nec virus modò hæreticorum ne serpat, comprimatur; sed eorum multi ab errore abducuntur: vt hæc res vel sola, vel maximè Germaniam teneat, ne funditus ruat. At Lusitanæ Rex Ioannes Tertius inde vsque ab huius Religionis exortu eius nomine audito, cum pro summo beneficio duos ex ea Patres à fundatore Ignatio, & Romano Pontifice Paulo Tertio impetrasset; vno in Indias misso, altero subsistere apud se iussu cum Lusitaniam omnem idoneis sacerdotibus compleuit, & ad antiquam reformauit pietatem, tum inde vel viginti propè millium passuum millibus determinatas gentes Christo sibi que fideles reddidit. Credo auditâ Celsitudinæ Conimbriensis Collegij famam. Plus mille ibi auditores pari & pietatis & scientiæ ardore erudiuntur. Quippe traduntur vnà cum litteris semina pieta-

ris. Habent certa, quibus de peccatis confiteantur, tempora: singulis diebus vnà cuncti diuino Missæ sacrificio inter sunt: sæpissimè ad sanctissimam accedunt Eucharistiam: adeunt nosocomia pueri nobiles: & omnibus vel in finorum famulorum erga agrotos officijs & ministerijs alacriter defunguntur. Procul ab illa iuuentute impia impudicq; facta & dicta: procul turbæ rixarum. Quas res Lusitanus populus aliasque animaduertens, Patres Societatis talium rerum secūdum Deum auctores haud aliter vulgò quam Apostolos vocat. Hæc Possseuinus studio ingenti subalpinas regiones iuuandi de Societate co liberius dixit, quòd, cum in eam dedisse ipse nomen nesciretur, verecundia minus retardabatur. Ita verò probata cuncta sunt Duci, vt aduocato protinus Ioanne Fabro, qui illi ab epistolis erat, iuberet litterarum scribendarum ad Cardinales patronos, atque ad Religionum Præsides Generales à Possseuino sententiam ac formulas accipere: superque eas scribere item binas iussit, alteras ad ciuitatem Annessensem, quibus ad tradendum Societati Collegium, de quo iam ipsimet agitabant (vt suprà est demonstratum) impensè hortaretur: alteras ad Lainium, quibus rogaret, vt homines ad incolenda duo Collegia, quæ in subalpinis ipse meditabatur, primo quoque tempore destinaret. Scriptæ sunt litteræ, & seminare- rum fuere, quas postea per eas oras Societas nostra bene ac prosperè gessit. Sub ea Fossanũ Possseuinus excurrit: ac præceptoris rebus ex animi sententia constitutis, interimque religionis per ea loca statu interius cognito, Emmanuelem admonet in Valle Perosa seu Petrosa (Pensij litteræ Principum vocant) ab hæreticis domos ad habenda conuenticula ædificatas: & publicè impuneque conuenticula fieri, doceriq; impietatem. Continuo Emmanuel Mauritio Ferrerio suo ad Pineroli Abbatiam arcis Præfecto mandat vt eas errorum officinas disturbet, nequitiaque magistris ex ea Valle, omni que territorio Ducis eiciat: vique & malo adigat, si repugnent. Non segnis ad imperiũ Ferrerius fuit. Sumptum quoque de insignioribus errorũ architectis igne supplicium: cum ad hanc seueritatem & rei necessitas, & sancta Hispani Regis æmulatio excitaret. A deo que id exemplum homines tetruit, vt simul spe ostentata veniæ respicientibus, agmine magno ad errores damnandos accurrerent. Verùm enim uerò in Valle Lucernæ, & maximè in contigua ei Angroniæ magis obdurerat peruersa mens, quam vt flecti malis alienis posset: atrocioraq; erant scelera, quam vt speranda veniæ locum reliquissent. Ante annos amplius trecentos sexaginta infamia ibi cubilia reliquæ Valdenses, qui & Pauperes de Lugduno vocantur, ex Albigenislibus orti posuerant. Arriani ibi complures: mox & Lutherani penetrarant: nouissimè in Caluini furores toti incubuerant: petitosque ab Genuea pestilentes libros Vercellas vsque palam disseminabāt. Ibi receptaculum omnium turpitudinum ac furorum. Nec modò veteres ibi vivebant hæreses, sed nouæ progignebantur. Vt quid sua cuique libido suggererat, religionis obrentu dedicabatur. Ad cetera facinora, haud vno loco conflatis, quas Catholicis eripue-

66

Dns Celsus
Dns
Sabaudus
psit.

67

Hæreticum
Valium
domat.Hæ
puls
per

68 *Harreticorū immoastat.*
 eripuerant, campanis, adulterinam cudebāt pecuniam. Ergo cū imperata facere abnuerent, Ferrerius annatorum manum ad nefariæ discipline magistrum inter eos nobilem comprehendendum mittit. Arma heretici capiunt: quosdam trucidant: & plusquam ritu barbarico vnius scrutati ferro viscera (sic fama tulit) extrahunt cor & vorant. Ad eō insanam rabiem mortalibus conscientia scelera, desertæque pœna religionis inicit. Tum verò nefas detestatus Emmanuel armis subigendos rebelles statuit. Attamen, ne quod intentatum lenitatis documentum relinqueret, Posseuinum pramissit: qui quatuor oppidorum Vallis Angroniæ Præfectos, & aliquot ex hereticis magistris ad colloquium citatos admoneret, vt modeste Ducis sui imperata facerent, & Catholicos concionatores exciperent. Dicitur colloquio locus est ædes sancti Laurentij in editiore planitie Vallis Angroniæ. Eō Posseuinus cum Guilielmo viri nobili & Catholico è Lucernæ Comitibus, duobusque præterea sociis venit. Non ita multo post bini incedentes Ministri apparent quatuordecim: quorū antesignanus erat Stephanus quidam Gallus apostata. Plurima vndique è subalpinis ad colloquij famam confluerat multitudo. Recitat Posseuinus literas Ducis, eiusque consilium exponit, vt à cædibus abstineant: si que prætexant, tueri se dogmata sua velle, de iis eo loci pacate agi licere. Responderunt se ad disputandum paratos: ac, si quid monstraretur ab primitiua Ecclesiæ Patribus è verbo Dei declaratum, sententia se eorum staturos. Posseuinus quamquam ad ea certamina tiro erat, resque Catholicas in scholæ otio subtilius scrutandi facultas abfuerat, tamen nequaquam imparatus accesserat. Nihil enim aliud, ex quo ab Vrbe abierat, meditatus erat, Christianam Canisij institutionem sedulo versans: quam pro filo ac duce sequens, ad eandem, quæ in Patribus, quæ in Doctõribus vetustioribus aut recentibus inueniret, sagaciter referebat. Ergo de Missa sanctissimaque Eucharistia agi est cœptum: cuius mysterij veritatem cū secundam Euangelia & sanctum Paulum, è S. Ignatio, canonibus Apostolorum, Areopagita, Irenæo, aliisque Posseuinus euidenter ostenderet, arguit, vt sibi visus est, Ministrorum quidam, Vnde constat, inquit, eos libros auctorum esse, quos nominasti? Cuius stultitiam cū vno verbo refellisset, non aliunde conitare de auctoribus iis, quam constet ipsis Euangelia verè ab Sanctis, quorum feruntur, edita Euangelistis. tum Hortensius (vt aiebant) Neapolitanus, qui deserto cœnobio, perditaque fide ac pudicitia cum incesta muliercula illud se in antrum abstruserat, infert se medium, & prehensa Posseuini dextera, Iuro, inquit, si quæ ex Irenæo protulisti, ex ipso codice verè ostenderis, manus me cum omnibus his daturum. Arripuit occasionem Catholicus propugnator: versulque ad populum testes pariter esse ac facere promissus iubet. Et quoniam Irenæus ad manum non erat, biduo se missurum ex Augusta Taurinorum, vti milit, recepit. Sed qui ad sacrilegia omnium generum obcalluerant, iusiurandum polluere haud penit habuere. Nullo amplius edito responso sollicitant populum omnem ad arma.

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

Tum demum Emmanuel, quantum sat foret copiarum, duo pedum millia armat, Dominoque Trinitatis rei militari præfecto Posseuinum facis summa cum potestate, quantum ad ipsum Ducem spectaret, imponit. Suas eidem vices Franciscus Baccodius Geneuæ Episcopus demandat, qui Pontificiæ liberatus Dariatæ munere Nuncius ad Ducem Apostolicus venerat. Sacrilogos adorti milites, Deo suæ fauente causæ, facile ad deditonem compellunt. Trigintaquatuor è primariis Vercellas venere, qui omnium nomine in templo principe sancti Eusebij Emmanuele Duce hinc Margaretaque coniuge; inde Baccodio Nuncio Apostolico, tum vniuerso adstante populo, præeunte Posseuino, à quo & prædocti erant, hæresim ritè damnarunt. Posseuinus inter hæc omnia lustrare loca: prædicatores rectæ fidei vbique constituere: libros hereticorum conquirere, exurendosque Quasitori, quem secum ducebat, tradere: pios libellos serere: iubere Magistros Canisij catechismum pueris ediscendum proponere & explicare. Denique res non sine labore, vel periculo ingenti, sed ingenti cum Catholice religionis bono gesta erat, cū periculum nouum, vt infra dicitur, enascitur. Hac Posseuini ad res gerendas dexteritate perpecta, cæterisque virtutibus, quæ idoneum sanctæ Ecclesiæ Præsulem faciunt; non defuere Principes viri, qui admonendum Pontificem putarunt rogandumque, vt tantum virum iis honoribus, eaque potestate ornaret, quæ egregius eius virtutibus ad maiorem Reipublicæ Christianæ vsum fructumque pareffet. Quam rem ille odoratus ad Lainium, vt aduigilet, remque interuertat, diligenter perscribit: sibi non modò certum esse in sancta Societatis humilitate Dei gloriæ, animarumque saluti seruire, sed etiam vorum conceptum non ambiendi, non excipiendi, quantum sine peccato fas sit, ne à Summo quidem Pontifice honorem vllum.

71 *Multi hereticorum sectam eiuertant.*
 Inter hæc Ludouicus Codrettus vltra montes complura Narbonensis tractus clara oppida Apostolica sedulitate lustrauit. Inuitabant tempora, vt quidquid in vnius hominis ope esset, expromeret, & in multorum necessitates populorum disperteret. Ita que post nauatum Lodeuensi diocesi fidele studiū, sæpius Massilia & Aquis Sextiis, item Caballione & Carpentoracti & Auenione celebria auditoria ad morum religionisque castitatem erexit. Id præferbat ipse Ordinis specimen sui, tam se præfenti indigas auxilio vbique ciuitates intelligebant, vt conspecto auditoque illo procinus in Collegiorum cupiditatem exardescerent, nec ab se diuelli eum nisi inuitissimè paterentur. Demum Auenione penè pro potestate (cū Ancesium repeteret) ad quadragenarios tractatus à Prolegato detentus est. Et constitit pretium moræ. Non modò consueta alibi lapsis allata moribus remedia, res malè partæ redhibita iustis dominis, distracti pellicatus, mulierculæ etiam septem à prostibulo ad pudica consilia, tresque earum ad Religiosa septa traductæ; multæ ab prima recti prauique noticia per textæ homologeses, & horum similia; verum constabilitæ omnium in religionis sanctitate mentes, patefactæ fraudes hereticorum: dubi-

L 3 *tatio*

tatio multis exempta : & lubrica in præceps domita curiositas : tum libri pestilentes exusti : nec pauci, quos iam fraudulentis magistri circumue-
nerant, errorem summo cum dolore & lacrymis agnouere . quæ fuerunt eo maioris momenti, quod eodem tempore alij super alios ex vicinis ciuitatibus nunciabantur hæreticorum tumultus, inde Auenionensium nihil concussa, sed potius confirmata constantia. Hac enim demum Quadragesima Caluini furoris flamma nimium diu negligentius à bonis coërcita, & ab eorum studiosis nouarum perstrenue alta & propagata, in apertum erupit incendium. Ausi multis in urbibus arma impij capere : teterrima conspiratio aduersus Regem Ambosiæ tum degen-
tem, vel enecandum vnâ cum Regina & alijs regni administris, vel certe in potestatem redigendum inita. Tum Caluini asseclæ, qui ad id loci Lutheranorum ferme communi vocabulo cen-
sebantur, ab suo cæpti corruptore nominari-
tum eorumdem infaustum ac sanguinarium nomen exortum (incertum vnde) vt dicerentur Hugonotti. Hæ temporum calamitates aculei bonis erant acerrimi ad plura quàm possent, conanda. Itaque Ludouicus præter quotidianas in S. Petri conciones, Dominicis diebus alijsque religiosioribus ter dicebat, summo manè ad celebrem nobilemque verberantium sese Sodalitatem : deinde inter maximum Sacrum ad populum in S. Petri : postremò in templo Archiepiscopi post meridiem. Deque salutaris Christi Domini doloribus tum vespera feriaz quintæ per aliquot horas apud Franciscanos, vt amplitudo templi plures caperet, tum postero matutino in sancti Petri deplorauit inter gemitum & complorationem lacrymabilem multitudinis. Inque eodem Franciscanorum templo secundum Pascha pomeridianas conciones habuit; cum interim, & si quid possit, priuatis cuique adesset consilijs, & aures confitentibus non negaret, & delectis aliquot exercitationes B. Ignatii dictaret. Quorum è numero in S. Desiderij Canonicius rara modestia, magnaque doctrina Ioannes Balmesius perfectæ virtutis amore captus Societati se dedit. Anessium iam tandem ab Geneuensi Episcopo magnopere aduocatus cum rediisset, præsertim vt de Collegio transigeret, ciuium plerosque reperit non leuiter sollicitos, id agere eum ex commendatione Sabaudi Ducis interpretatos, vt suum ciuitati Collegium eriperet, & Societatis cœnobium faceret. In ius enim alienum transcribere illud perinde atque amittere interpretabantur, cum id potius esset in perpetuum committere : quando ciuitati tota ex eo publica vtilitas & dignitas salua erat, imò augebatur, sola procurationis molestia decebat. Sed illi durum quoque censebant prorsus omnia fidei alienæ industriæque in æternum credere. Itaque cum eò dumtaxat venirent, vt Magistros tres in sexennium peterent, quibus ferme vt cæteris de populo Magistris stas mercedes penderent, id esse ab familiæ huius alieni institutis, ad ciuitatem, itemque ad Emmanuelem Ducem Lainius rescripsit. Societatem enim, quò iuuare cæteros, & communi seruire bono queat, necesse habere suos ad id prius homines aptos reddere

74.
Anessianus
Collegij res
non proce-
dit.

scientiæ virtutumque præsidij; quod in mutilibus hisce dimidiatisque Collegijs fieri non sit. Ergo dum Collegij res parum procedit, Ludouicus nequaquam vno affixus loco, cum circa omnia hæreticorum flammis arderent, salutare diuini verbi aquas ad Delphinatus aliquot vrbes circumferens, plerumque ætatis egit Lugduni, nunc in æde, cui Plattiere nomē, media in vrbe sita, nunc in principe tēplo restinguendo Satanæ incendio intentus. Demum cæpta in Vallibus à Possuino cum prosperè ad eò cederent, accitu Apostolici Nūcij cis mōtes regressus, extremū anni Verceilis cōfecit, multiplici, vt solebat, distentus negotijs; sed maximè de docendis atque edocendis hæreticorū primarijs, qui subinde mittebātur è Vallibus.

Talia in Gallia Italiaque extrema ora dum sunt, interiore in Gallia nihilo minora inter Aquitanos & Aruernos gerebantur. Tam quartus Apamias de Societate sacerdos venerat, qui Carcassona (Occitania oppidum est) transiens interrogatus, quò iter intenderet, simul auditum est Apamias ire, continuo fuerat in vincula coniectus; negantibus Carcassoniis quemquam nisi Caluimianum, aut alioqui infamem hominem Apamias eo tempore, velut in latibulum fugere; octoque dies in vinculis habitus. tandem ea tantum res fides fecerat eum Catholicū esse, quòd in eius sarcinulis aliquantū icuncularum piarum, quædam precatória ferta, & piacularis orbiculi inuenta fuerant. Quæ cum hæretici detestentur, ad incitandam puerorum & populi pietatē Pater ex Vrbe tulerat. Hoc cauti socio Patres Apamienses, in ita docendi quo celebriora facerēt, & hominū ad eam rem oculos animosque; conuertēt; exposuere publicè in tabella descripta rationem earum rerū atque disciplinarū, quas tradituri in scholiserant. Proposita ad disputandum capita quæstionū è Philosophia, Dialectica Oratoriaque; deprompta, atque etiam ex Grammatica. Non enim leue quiddam ducebant, quòd ad Dei gloriam momentū haberet. Concursum ad spectandum maximus: ad disputandum ex magno, qui ibi se profitebātur esse, litteratorum numero, ne vnus quidem accessit. Elegans dein habita oratio. Ioannes Rogerius Aristotelis Philosophiam de moribus deque disputandi ratione libros: Edmundus Augerius libros de Oratore ad Herennium, aliosque graues scriptores interpretati exortitelli qui duo Magistri Grammaticam & prima litterarum initia tradere. Non ita multò post Eclogam ab Augerio eleganter scriptam venustè eius discipuli pronunciarunt. Ferijs ante Quadragesimam productum in scenam drama, quòd & actorum elegantia, & apparatus splendore, & fabulæ graui venustate vrbs ac finitimorum locorum approbationem meruit. Res alibi visitata, iis locis memoranda. At Episcopus cognitis & quæ gerebant patiebanturque Patres, & negatum illis ab ciuitate, quòd receperat daturam, Collegium, ius persequi lite decreuit: quamuis Lainio hæc ratio minus probaretur, ne per dissidia & lites inchoata commercia difficilè aliquando in bonam concordiam coalescerent. Interim ab conducta domo Socios in ædes suas migrare iussit. Ibi Latine & Græcè ab discipulis declamatum. Hi circiter ducenti numerabantur, litterarum ibidica.

75
Apamiensis
Collegij
burr.

76
Apparatus
decenti
sua.

77
Res gesta
Apamiensis
prope Ca-
rum ibidica.

rum & magis recte fidei rudes. Principio vix vltus erat puerorum, qui non aut Maroti psalmos, aut Caluini catechismum secum gestaret in scholas. Præter quasdam cantiones vernacula Gallorum lingua, meras animi pestes, nihil sciebant. Corrogarunt libellos noxios Patres, & igne cremarunt: & Catholicæ fidei tradidere rudimenta: quæ cum pueri, tum boni omnes auidè & beneuolè exceperunt. Haud segniùs inter hæc Pelletarius quotidie per magnum ieiunium, & quidem diebus Dominicis semel atque iterum verba fecit, nunquam antea, quod recordarentur homines, frequentia pari. Amplius mille mortaliū ab heresi iis quadraginta diebus deterritum vulgò ferebant. Quo pietatis progressu heretici nimirum in furorem adacti factū impia & horrenda dictū audebāt. Quod cæli Reginam Pelletarius quamuis non paribus, magnis tamen pro concione laudibus prædicaret, ausi impij sunt eius è publico vrbis loco, vbi piè à piis colebatur, detractam effigiem in forum rapere: in eoq; medio, vbi auctiones fieri consueuerunt, fune suspensam per sacrilegum ludibrium quasi venalem proponere. Passim frangebant cruces: Sanctorum imagines conspurcabant, & demptis abratissue capitibus minuebant. Quin etiam in templum princeps, & Episcopi sella præstans, quod cum extra vrbis mœnia esset, opportunius iniuriæ fuit, furiali illati impetu, sacram supellectilem incendere omnem: sacra vasa abstrulere, etiam quibus Sanctorum reliquiæ, & Sacrosancta Eucharistia condita erat. Quibus diuinis pigritibus quid factum sit, incompertum. Ad tantas Dei Cælumque iniurias excruciantur animo & tabescebant Patres, easque vel suo delere sanguine exoptabant. Hoc studiosius ad venerationem Beatorum, ad cultum vsurpationemq; sanctorum mysteriorū populū adhortari. Supplicationem ad cætera Pelletarius indicit quam possit celeberrimā, & magnifico apparatu pompaque Catholicis omnibus piè deducuntibus venerandam Deiparæ effigiem in suum locū reportat. Singulis præterea diebus sabbati de eius laudibus concionem instituit: ad quam quo frequentior congregaretur populū, simulque vt Virginis magnæ hostibus orthodoxi fiduciam pectoris demonstraret, vicatim cum tintinnabulo per oppidum hominem dimittebat, qui ad concionem de Beata Virgine passim inuitaret: vt iam Pelletario Diuæ Mariæ Doctor gloriosum cognomen fieret. Die Parasceues tanto ardore de Christi Domini cruciatu verba fecit, vt populū magno strepitu lacrymarum, singultuum, vocum, quibus misericordiam implorabat, præsertim vbi Dominus affixus cruci prolatus ostensulūque est, diu concionantem, cum exaudiri non posset, interpellaret. Quæ item res alibi minùs noua fortasse, is locis pro miraculo fuit. Non minore motu eodem sacro ieiunij tempore Edmundus tantisper discipulis Rogerio commendatis (perpaucos enim vterque, cum rudiorum pars esset maxima, numerabat) Fuxi diuini verbi sementem fecit: & in concione Parasceues opportunè vsus tempore, ac mollioribus auditorum animis in adulterantes pietatem, Christoq; Domino peiūs Hebræis illudentes, inuectus, in-

citauit populū adeo, vt omnes sublato inter lacrymas clamore, Caluinum, eiusque & omnium hereticorum impia inuenta detestarentur.

Talium rerum famā Tolosates commoti, misisso nuncio & iumento Pelletarium summis precibus acceperunt. Miserranda ibi quoque hereticorum licentia. Iam enim multis locis (vt dictum est) seditio, quæ tandem in Hugonoticum erupit bellum, tumebat. Sub ipsas portas Monachorum ementiti habitum heretici irruerunt in templa, sacra diripiebant, spoliabant viatores. Videbatur iratum Numen propè eas regiones abiecisse. In vrbe non deerant boni, qui vt audierunt Pelletarium, summè lætati sunt. Palam enim & fidenter in impios inuehebatur, quicumque essent: indignans cunctis mussantibus seditibusque sacram Christi Domini lacerari vestem, & miserandas fieri animarum strages. Per hanc fiduciam Catholici animos erigebant: quique nutabant, illustratis hereticorum fraudibus, firmabantur: non pauci ipsa ex heresi emergebant. At pertinaces nouarumq; rerū auctores vias omnes scrutati, quibus vel exterminarent fidentem precionem, vel de medio tollerent: dumq; aperta vt conficere non audent, ad venena cōfugiunt. Poma aliquot simulato per dolū mittentis nomine, mortiferis illita succis mittūt. Sed Christi Seruatoris fecit clemētia, vt prodita fraus haud cuiquā nisi auctorum animis, quod sibi vltro ipsi conscuerant, damni quidquā afferret. Per eos dies omnes, quibus sacer Domini Aduentus colitur, Tolosæ subsistere coactus est Pelletarius, & vehementer de extruendo ibi Collegio cœptū est agi.

Hæc rerum, quæ in Aquitania, quæque ab aliis inter Aruernos Billomi circaque gerebantur, fama reliquam Galliam peruagata incendebat vbi que bonos, vt suis quique regionibus eadem perfidia peroptarent. Quippe cum heretici passim ita pererebescerent, eoq; progredierentur audacia, vt excitarent armis tumultus, ausi & contra Regem (vt paulò antè indicatū est) arma sumere, haud elām erat Apamias, & finitimas oras vnico illo Religiosorum Magistrorū præsidio conseruatas: simulq; animaduertebant inter Aruernos multò pacis & religionis statum meliorē: quod non nisi Billomæo Collegio tribuebāt. Accedebat & ex Sabaudia & subalpinis regionibus, ex Germania ipsa, & potissimum ab Roma secundissimū de Societatis doctrina pietateq; rumor. Eò factum est, vt Cardinalis Lotharingæ Socios ab Lainio peteret ad Collegium Metis instituendū: & Cardinalis Turnonius suum, quod Turnone magnificè extruxerat, & re ditibus bonis ornauerat, Societati dare decerneret: & Claromontanus Episcopus non iis duobus contentus, quæ Billomi & Parisiis fecerat, tertiu postularat in Aruernis montanis Mauriaco in oppido statendum: in quæ omnia Collegia Societas hoc anno consensit, sed posterioribus incolis cœpta, præter Metense, quod nunquam processit, & in alia, præsertim in Mussipontanum, videri potuit commutatum. Porro Cardinalē Turnonium, cum à Pontifice Legatus ad Franciscum Regem missus Turnonem venisset, ipse coram perspectus rerum status ad maturandū negotium impulit. Quamuis enim Ioannes Pellisonius non vulgari vir pietate

81

Tolosæ res à Pelletario gesta.

82

83

Collegia tria in Gallia recepta.

84

Turnoniense Collegium quare Societas tractatum.

78
Hereticorum furores.79
Sacrum cælum & iudicia.

80

tate atque prudentia, quæ Collegio ille præfecerat, tum sua sponte adiugilaret, tum ipsius Cardinalis voluntate & opibus, simulq; Iusti Turnonis Domini auxilio nixus cõnteretur, ne pestifer hereticorũ afflatus ad eam iuuentutẽ aspiraret; tamẽ cum Magistri variis è regionibus euocãdi essent, euitari non poterat, quin ignoti quidam, atque adeo corrupta religione interdum irrepere: qui mox & pedagogos & scholasticos lentim vicieret. Inde & factiones crebra, & aduersus Pellisoniũ gymnasiarchã fœdẽ seditiones oriebantur. Quorum is pertusus Cardinalem iam pridẽ vt bonam sibi missionẽ ab eo daret munere, fatigabat. Cum verò Turnoni Cardinalis esset, eò procacia hereticorũ excessit, vt ipsius castri portã quẽdã impia scripta aduersus Pontificẽ & Cardinales affigerentur. Quibus ex rebus tantum Cardinalis religiosissimus dolorem animo cepit, vt Collegium commutaturũ se in horreum diceret. Habebat in comitatu præstares virtute ac sapientia viros præ ceteris duos, Petrũ Villarium Condriensẽ, qui postea Episcopatu Ecclesiã Mirapensẽ gessit, & Vincentium Laureum, qui Episcopus Montis regalis in subalpinis, ac demum Cardinalis fuit. Hi ægro animi Turnonio Cardinali auctores sunt, vt semel in perpetuum cura se Collegij eius exoneret: eademq; operã tum cõseruationi eius, tum orthodoxæ iuuentutis institutioni cõsulat. Id in procliu fore, si Patrũ Societatis curã permittat. Tum alia, quæ visa sunt, addentes, ita permouere, vt probato consilio ipsummet iuberet Laureum Cardinalis cõtinuò ad Lanium super eã re litteras dare. Et earum exemplũ litterarum Kalendis Octobris datarũ est tale: Incolumis, inquit, Dei gratia, Cardinalis Turnonius in Gallias venit: sed cum magno animi sui dolore religionis res ita perturbatas inuenit, nullus vt propẽ in hoc regno sit locus, quẽ non aliqua ex parte heretica lues contaminarit. Cum verò aduẽtu suo partim seditiones graues, vel iam ardẽtes extinxerit, vel orientes oppræsserit, partim Christianissimõ Regi per litteras malorum remedia, vnaque ad vim ac fraudes seditionis huius & concelera: seclẽ repellẽdas proposuerit; nequaquã deesse Turnoni vult, solo suo natali. Id cum oppidũ sit octingẽtis circiter domiciliis frequens ad Rhodanũ situm, ac sapientiẽ studiosos nõ pauciores mille ducẽtis habeat propter opportunitatem Collegij, quod suis ibi impensis Cardinalis edificauit, proximẽ ab terrã huius pestis periculo abest. Quam ad id loci haudquaquã effugisset, nisi & populariũ aduersus Cardinalem amor eximius & obseruantia defendisset; & vigil prudensq; fratris filij custodia, qui Turnonia domus generosa stirps, vel cum vitæ discrimine maiorum suorum illustria premens vestigia, noua hæc pietatis inuenta, eorumque fautores propulsare & oppugnare nunquam desistit: adeo vt ab inimicis fidei ad contumeliam (vt ipsi rentur) monstraretur digito, & Papisla vocitetur. Iam verò Cardinalis pro optima opinione, quam semper de sanctimoniam vitæ doctrinæque integritate sacratissimę Societatis Iesu habuit; persuadet sibi suam hanc patriam contra impetum quemuis fraudemq; tartaream reddere inexpugnabilẽ posse, si præiudicium ei de vestris hominibus imponat, suumq; Collegiũ custodiã

85
Littera
Vincentij
Laurei
Collegium
Turnonũ
Societatis
Cardinalis
nomine,
deferentis.

Societatis fidẽ sanctãq; committat. Neque vni tantum oppido, sed toti regno sperat se ingens commodum allaturum. Etenim Collegium per opportunum cum situm sitũ & opulentia oppidi, tum ædium magnificentia, & bis mille francorum annuo vestigali, præterquã quòd discendi cupidus eò vt commente, allicit; potest etiam multos è Societate præstare enutrire viros, quos per Gallias sparsos certa spes est vbique innocentia vitæ ac Dei verbo eiecturos iugularurosque Catholicæ fidei hostes, & in pristinum religionis splendorẽ regnum omne restituros. Nec leue erit commo dũ tam multos adolescentes, ex quibus deinde Antistes, Religiosi viri, magni Cancellarij, Præsides, Consiliarij, Senatotes ac ceteri Magistratus, regniq; administri creantur; apud annis in sancto Dei timore educari, & Catholicæ custodia pietatis. Atq; adeo haud metiar, si huius mali originẽ ab talibus personis affirmẽ esse. Fecisset Deus, vt in omni Gallia Societatis extracta Collegia essent: nõ ita laborandũ Pontifici Summo esset ad populũ olim pietate inclutũ in sancte Sedis obsequio, & matris Ecclesiæ gremio retinendum. Id adeo experimentũ apertẽ monstrat, quòd Billomũ atque Apamiã Gallicanæ vrbes, quãuis regionibus vitio contactis vndique obli deantur, tamẽ se & multas circa oras ab infanda cõtagione liberas seruauerũt. Huius rei gratia quibus fidelis Christi cultor diuinã bonitãt gratias debet agere, quòd in summis hisce calamitatibus quasi è celo demittere ad nos hanc verẽ celestem Societatem dignata est. Cui cum tu, Pater summẽ obseruãde, meritò præsis, cuius magnam incorruptamq; sapientiam, prudentiã & sanctos mores cognitos habet, plurimiq; vt debet, facit Cardinalis; tanto acrius cõfirmat suum honestũ hoc votum atq; inflammat. Ideoq; iussit, me tibi nomine suo, quod his litteris facio, significare, mentẽ hanc eius esse, vt suum illud Collegiũ sancte huius Societatis sit. Haec tenus Vincẽtij littere.

86
Parisiũ non ita læta res erant. Societas nondũ auctore Senatu Parisiensi in regni corpus admilla. Henricus Rex tantũ vt Lutetiã Collegiũ extrueretur, concesserat. Vehementer itaq; si penitus in omnẽ Galliam aditũ Rex aperiret, è re futurum religionis Catholicæ & Societatis videbatur adq; vt fieret P. Põius Gogordanus acriter (vt solebat omnia) strenueq; curabat. A Francisco Rege adulescente optimo, & sine rei sacrorũ cultus peritudiofo, qui Henrico patri successerat, vnã, alteras ac tertias litteras impetrat; quibus Rex ab se admitti in Gallias Societate contestans, Senatũ Parisiensi mandabat, vt eam ipse quoq; suo ritẽ cõcilio amplecteretur. Omnibus hisce litteris obstitit Senatus, aliquid semper excogitans noui, vnde iussum Regis frustraretur. Ante omnia decretũ sexto antẽ anno Sorbonicorũ nomine Theologorũ editũ obieciãt. Nefas esse id hominũ genus Gallia recipi, quod Parisienses diuinarum rerum Magistri damnassent. Alia adiciebant: sed decreti eius nomen celebrabant maximẽ, quòd semper apud Reges Gallorũ fuisse magnã, & apud Franciscũ esse Sorbonicorũ auctoritatẽ norant. Hoc vbi Rex vidit, totiesq; sua repellens iussa, quartas litteras adiecit, quibus & decretũ Sorbonicũ, & quẽcunq; obieciãta fuerãt, resellens, rem testans

86
Quas
cõtra
Senatũ
in
Gallia
re
gnũ
suscipi
peretur.

87
Regis &
Prætorum
pro Societa-
te Auidia.

88
Quare Se-
natus mi-
ni faue-
at.

89
Episcopus
Parisiensis
aduersus.

se diligenter perspectam & cognitam, vt sine cunctatione obsequantur, imperat: regiumque suum procuratorem Parisiis vrgeret negotium iuberet, & omnino conficere, Accessere Catharina Regina matris, Cardinalisque, & Ducis Guisiorum, & Cardinalis Turnonis, & Cardinalis Armentiaci de optima nota commendationes, tum Senatui per litteras, tum coram Regio procuratori, quamdiu is apud Regem fuit. Obsisti planè sine tot Principum volutati, siue toties mandantis Regis imperio non videbatur posse. Sed hostium sanctæ Ecclesiæ terribilissimus & versutissimus dux Satan etiamnum moram inuenit. Populus quidem Parisiensis, vt erat tum propè omnis integer, & ab hæretica lue intactus, Societate cupidissimè accipiebat, quique de ea Parisiis pauci versabatur, obseruabat plurimum: & vbi vsus incidere, fidenter seu adibat, siue aduocabat. At Senatorum genus erat triplex. Quidam fauebant: plerique, nisi extrinsecus pelleretur, animo ancipiti neutro propendebant: alij denique (vt in omni fermè cetera diuersitas studiorum existit) aduersabantur. Hoc in postremo genere nonnulli clam hæretici reluctabatur obnixè, mediisque aggressi facile calumniis falsisque; criminibus trahebant in sententiâ suam. Eo siebat, vt pauci illi primi, qui fauebant, desperata re, vota potius facerent, quam contra omnium impetum frustra tenderent. Quia tamen contumacia quædã, & aperta Regiæ Maiestatis contemptio videbatur, iam tandem non cedere, sed obstinatè contraire: nec decretum Sorbonicum, nec aliam speciem licebat obtendere; inuidiam ab sese per artem minimè obscurâ conaturauerere. Norant Eustachium Bellaium Parisiensem Antistitem (quæcunque tandem de causa) Societati haud dissimulanter infensum. Senatus igitur consultu faciunt, vt Episcopo cause cognitio permittatur: Patriq; Pontio respondent, ad Episcopum diplomata Pontificia, & Societatis instituti formam deferat: simul is ea probarit, moram ab se non fore. Frustratione quam taliu rudis moru intellexit Pontius: paruit tamen Deo fretus & causa. Verum Pontificias litteras, quibus ad eam diem confirmata, & beneficiis exornata Societas erat, exhibere satis habuit, quod iis instituti etiam summa contineretur. Eas litteras vbi Antistes habuit in potestate, Curionum omnium Parisiensium concilio conuocato, è suo sensu loquens, animosq; etiam Societati beneuoloru preoccupans cum sollicitudine monet; etiam atque etiam expendant quid quantumq; nouum hoc hominum genus priuilegiu iactet. Profecto & Episcoporu & Parochorum infracta iura, euerfam auctoritatem. Singula ipsi melius scrutarentur, multa quemque inuenturum incommoda, quæ alios fugissent, paulò post tamen pariter omnia omnes sensuros. Intendunt itaque curam: notant haud pauca. Summa eò fermè redibat, non stare cum Societati concessis ea beneficia, quibus Gallicanâ Ecclesiam Romani Pontifices olim ornassent. Tot inter difficultates illa Põtiu cum primis angebat, quòd, cum ab Episcopo tum quæ sua ipse celsura, tum quæ Parochi notarant, premerentur, quemadmodum responderet, & apud Regem aliosq; Principu obiecta dilueret, viam non inueniebat. Sed quia Catho-

lici Proceres & Cardinales ante alios, quo periculosiora erant tempora, eo magis ad publicam religionem pertinere causam rebantur, & enixè apud Regem certabatur; is promi ostenditq; obiecta iussit, & quantum omniumq; acerrimè Senatui mandatu edidit. Quidquid olim nuperuè à quouis contra obiectum esset, Societatem in regnum acciperet, vt liberè in Galliis, quemadmodum in cæteris orbis Christiani regnis, publicæ saluti seruiret. Hæc cum optimus adolescens iussisset, causamq; ad eò constanter patienterq; eum in locum promouisset; exitum rei, quemadmodu aliarum præterea multaru, quas pro religionis sanctitate agebat ac moliebatur, immatura sanè intemptuamq; mors eius (pridie Nonas Decembris paulò ante mediam noctem est raptus) abrupit. Nec cuiquam miru fuerit, cum vsque eò cuncti Principes, qui rerum summam moderabantur, ipseq; Rex causam hanc vrgeret, exitu frustrari eam passos esse. Dubia enim ac turbulenta tempora faciebant, vt nihil exasperandum videretur: tantoq; plus nostra Societas fortunato equè ac forti Gallia Nauarræq; Regi Henrico IV. debet, qui multis post annis tanto cum splendore & pristina ei restituit, & noua domicilia extuxit, nec è minoribus victor certaminibus anno post m. d. c. tertio, vt publico etiâ Parisiensis Senatus concilio exciperetur, effecit. Nec verò facile cogitatu est, in litteris hisce atque imperiis curadis, cum Rex procul ab Lutetia Aurelia plurimum ageret, quor ob eunda itinera, quantum ab rerum inopia tolerandum, quantum in curia exhauriendum molestiaru Pontio fuerit. Pedes fermè ibar redibatq; vitabat emendicato: ad efficiendas ob signandasq; litteras quæ soluenda erant, è pietate aliena corrogabar, quamuis pleraque Cardinalis Lotharingus præberi gratuito iussisset. Ob tam sedulam fidelemq; Societati nauatam operam, & quia cætera vita bonum se ac strenuum virum præstabat, ad quatuor votorum præfectionem Lainius admisit.

Decimo Kalendas Nouembris Guilielmus à Prato Episcopus Claromontanus diu animam in affecto annis ac morbis corpore ægrè trahens, finem laboriosæ mortalitatis felici ad vitam immortalem transiit inuenit. Præful in omnes partes optimus ac memoria dignus, & à Deo collocanda educandæque Societati in Galliis datus. Cum se patrem pauperum crederet à Deo constitutum, rerumq; sibi creditarum, se non dominum, quam distributorem magis; in alienis à pietate operibus ita parcebat impensa, vt interdum haberetur tenacior. Verum quid pius Antistes ageret, index fermè vitæ mors in apertum prorulit. Suam rem omnem satis amplam Christo Domino reddidit. Pauperes Claromontanos, eorumque hospitalè domum heredes scripsit: multaq; simul ad educandos instituendosq; litteris adolentes inopes, cura Societati commissa, multa Religiosis familiis virorum ac feminarum legauit. Cumq; liberaliter etiam famulis prouidisset, nusquam consanguineorum aut affinium meminuit. Donata olim Societatis Collegiis Billomensi & Parisiensi confirmauit: & vtrouique ad adificationem domus ac templi certam ad dedit pecuniam: denique & reditus destinauit

90
Franciscus
II. Rex Gal-
lia moritur.

91
Episcopi
Claremontani
mors
& in Socie-
tem cœdit.

92

uit ad tertium Mauriaci Collegium statuen-
dum. Series ipsa testamenti, quam eius in-
fixa haberet animo Religiosa hæc nostra cohors,
testatum fecit. Tertio quoque verbo ad eam re-
dit. Ut quid cui legat, statim Societate menti
recurante, velut satis nunquam sibi faceret, no-
uum quid, quod illi adiceret, inueniebat. Suum
quoque corpus in templo Billomensis Collegij, vbi
absolutum & dedicatum esset, condi mandauit. Ad
reliquam erga nos pietatem multum illi eo debemus
nomine, quod Societatem & primus in Gallia
statuit, ac durissimo tempore, quo vel latebat in-
cognita, vel pro noxia reiciebatur, amplexus est
ac protexit: ut merito, per illud tempus ab non-
nullis è vulgo Presbyteri Claromontani vocita-
rentur. Deus illi, quod factum spes est, gratiam
cumulatam rependar. Pro beneficentissimi Pa-
troni anima, quæ trium Collegiorum viuo ac
mortuo fundatori debebantur, solennes preces
& Sacra per Societatem vniuersam studiosè facta.

93
Difficulta-
tes in reci-
pienda Lo-
uanisuro So-
cietate.

Ceterum ne Louanium reciperetur Societas,
non absimilis atque Lutetiæ obiecta frustratio.
Euerardus Mercurianus post generalè conuen-
tum Prouincialis in Germaniam inferiorè profes-
sus, eam prouinciã turbatur strenuè ac promo-
uebat: sed progressum maximè retardabant condi-
tiones, quibus anno M. D. L. V. ita Philippus II.
Rex Hispaniarum Societati Belgium aperuerat, ut
in qua ciuitate esset ponenda sedes, concilio eius
rem probari necesse foret. Erat Louanij quinque
sacerdotes nostro de numero, quorum labores
gratissimi vulgo accidebant, satiq; apparebat ci-
uitatem florentè & celebrem multo plus iuari
posse, si Collegium in ea suis omnibus absolutum
partibus cõderetur, & perpetuis vctigalibus fir-
maretur. Ad annum vsque M. D. L. V. i. con-
ducto domicilio vsi erant: eo anno in ædes migrarant in
platea Baccalena sitas, in qua postea per diu man-
sere, ab Helia Schorano Brabantie Consiliario
donatas: cui viro & alia Louanienfè Collegium
debet. Earum ædium ius, ut ad manus (quemad-
modum aiunt) mortuas trãfere, & alia solo con-
tenta bona adiungi liceret, ab senatu impetran-
dum erat. Id concedi Margareta Austriaca, quæ
pro Rege Philippo fratre in Hispaniam reuerso
Belgium regebat, vehementer optabat: Comes
autem Feriæ omnino transigendum cum Senatu
suscepit: eamq; ob causam Marchionè Bergensem
Leodienfis Episcopi fratrem Louanium misit. Rõ-
bertus quoque à Bergis Leodienfis Episcopus,
vnde & Louanienfes sacra petebant, Canonicos
duosidem procuraturos, suoq; nomine Senatu
commendaturos legat, optimo ille quidè studio,
verum legatorum delectu non perinde fortunato.

94

Horum enim alter egit perfugidè, alter prauari-
catus est peregrinè; qui ita fertur in Senatu locu-
tus: Sape diuque mecum agitavi, Domini Loua-
nienfes, expediret ne ciuitatibus nouã hanc Re-
ligionem recipere: curq; recipienda sit, nihil; cur
repellenda, nõ pauca repeti. Equidè si sensui meo
liberè paruissem, nunquã functus hoc officio es-
sem. Episcopus commendatorem me misit: vos,
quod vobis videret, id agite. Non ita egit Mar-
chio, sed cum negotium quam diligentissimè cum
Principis Margareta, tum Comitissæ Feriani, suoq;
nomine cõmendasset, Senatusq; longã ad con-

sultandum diem peteret, affirmavit nisi perfecta
re Louanio se non abiturum. Hoc rerum cardine
mirum est, quam varia, planeq; inter se contraria
in Senatu iactarentur. Fuit qui diceret populum
ad confitendum apud Iesuitas accedere, quod sin-
gulis, qui apud se confiterentur, denarios senos
darèt. Altero tertio die post alius dixit, Idcirco
Iesuitas tam studiosè qui apud ipsos cõfiteantur
conquirere, quod pecuniam ab confitentibus
emungant. Ad eò inter se pugnantia loquebatur,
cum simul illud cum egestate eorũ, & hoc aperte
cum disciplina pugnaret. Fuit quoque qui mente,
ut præstat credere, amica bonaq; diceret, Iesuita-
rum Ordinem videri planè opus esse Dei. Quod
cum ferè initio ab omnibus repellantur, tandem
post longa certamina recipiantur ab omnibus.
Interim cum Marchio instaret, Senatus ne solus
repugnare videretur, quos maximè rebatur ad-
uerfaturos Academia publicæ Doctores, & Re-
ligiosorum Mendicantium Ordines, simul & Pa-
rochos admonet, quo loco res sit: in mediumq;
proferre, siquid contra habeant, quod sua inter-
esse videatur, iuber. Parochorum Decanus, qui &
gradu & Theologiæ scientia venerandus erat,
tum alios concitans, tum palam in Senatu verba
ipse faciens, acerrimè contra pugnavit. Ad cetera
que obiecit decantata vulgò & obsoleta nouum
illud adiecit: Homines istos, qui profitentur se
cuncta emendaturos, si boni viri essent, bonique
publici amatores, cum tanta veterum Ordinũ mul-
titudine sit, ad eos fuisse accessuros, ut ad pristinum
eos disciplinã recuderet, non ipsos Ordine culti-
ros nouum. Quasi verò Religiosorum tantum, non
etiam Cleri ac populi lapsi ac deformati fuissent
mores: nec ad cõmunes vtilitates extra veterum
conata Ordinũ Societas noui quidquã afferret.

At Mendicantium Ordines, ut Religiosos decuit
vires, accepimus respondisse, gratias agere Sena-
tui, quod suorum comodorum meminisset. Ver-
um se Patrum Societatis accessu incõmodi nihil
timere. Quod si quid etiam caduca terrenæque
vtilitatis minueretur, longè se huic decremento
commodum anteferre ciuitatis, quæ bonorum vi-
rorum ea re numero augetur. Academici, qui
omnium nomine de ea controuersia sententiam
dicerent, duos egregios Theologos, quorum aliis
memini, delegere, Doctores Tiletanum & Mar-
tinum eum, qui paulò post Antuerpiensis Episco-
pus designatus est. Hi cum bene essent instituto-
rum hominum que Societatis periti, eius causam
liberè & ardentè egerunt, ut iam Senatu non
eam completi verecundia esset. Sedenim in
agmine contra pugnantium cum per impruden-
tiam multi aduersarentur, non deerant hæretici,
hominesq; inimici bonorum. Auctores hi fuisse,
ut Societas (quoniam ita Princeps Gubernatrix,
Comes Feriæ, Episcopus Marchionis, Bergensibus,
Academia postulet, neque Mendicantes repu-
gnent, accipiatur: sed iis cum patris, in que con-
uenire ipsamet nolit: quo fiat, ut paruisse videat-
ur Senatus, nec tamen Collegium Iesuitarum
Louanij sit. Dum conquirunt condiciones ab no-
stris moribus alienas, adiecere permultas, quæ
contra Summi Pontificis & Antistitis Louanienfis
iura erant: iisq; oneratum Senatũ consultũ edunt.
Vulgatur repente fama receptã ab Senatu Socie-
tatem;

95
Racourus
populi va-
rius.

96

97
Ordinum
Mendican-
tium pro
Societate
pium ri-
spouum.98
Academia
fauet.99
Senatus
grauis con-
ditionis in-
ponit.

tate; populūq; eam ingenti lætitia celebrat. Marchio quoq; mandati prosperè gestū titulū amans ad Comitē Feriæ confectū lætissimas litteras mittit, idemq; vehementer Patres rogabat, vt ad eas conditiones descenderent, sublatū iri paulatim affirmans. Ipse Senatus vt vidit minimè repugnantes, opinione sua fallus cæpit meliora polliceri. Docti quoque inebant pactis subscribere, quādo irata essent, quæ secularis ordo ad Ecclesiasticū spectatā inseruisset, & apud ipsum Pontificē vt ea tollerentur, daturus operam. Maluerunt tamen Patres desistere à concionibus, quā ab Senatu earum habendarū, quod erat in pactis, potestate exposcere. In cōfessionibus audiendis, cum vellēt Parochorum assensum exquiri, illud cōmodè cecidit, quoddā ciuim ita multi veniam ex iis apud Patres cōfiteri flagitarunt, vt & ceteri fatigati, & idem ille Parochus, qui acerrimè contrā terenderat, supplex cogere ad Patres accedere, suorum vt confessionibus commodare autē vellent. Tota autem re cognita Episcopus, ne qua bono publico per conditiones eas mora interponeretur, statim litteras misit, per quas voluit suis perfungi muneribus ex Apostolicæ auctoritatis decretis Societati licere: nec modò cōfessionibus operam dare, sed & à criminibus cognitioni ipsius reseruati absolueret. Sed non idem omnium tenor est temporum. Aliis temporibus perbeneuolum apprimèq; studiosum Louaniensem Senatum habuimus.

100
Trenirensis
Collegij
capo.

Cæterum hoc ipso tempore tantam eius in accipiēdo, quod sponte offerebatur, subsidio tarditatem longè omnium apud Trenirenses alacritas ordinū in sponte accensendo superauit. Proximo anno cum Treuiros declamator pestilens, Gaspar Oliuianus nomine, irrepisset, seditione ac tumultu, vt in omnibus passim, quas artigerat hæretici, fiebat vrbibus, diuinas res humanatq; turbauit. Tempus captarat, quo Ioannes à Petra Archiepiscopus aberat ad Imperij comitia Augusta Vindelicorū profectus. Qui trepido nuncio accitus cum accurrisset, atque vrbe cum paucis intrasset, eam cōtumaciā inuenit, vt, cum sacerdotē insigni virtute Petrus Phæstipatū consiliariis suis misisset, Oliuiani loco ad D. Iacobi cōcionaturū; populū, qui hæreticū Oliuianū expectabat, non modò viri ad mora ferro manu, sed & mulierculæ à sedilibus excitatæ suis minitaretur deiecturas se hominē de suggestu, nisi voluntate descenderet, nec sedare tumultum siue cōsiliarij potuerint, siue ipsēmet Oliuianus (nisi tamen is per speciem sedandī, cōcitabat) quo ad vacuum suggestū hæretico cōcessum est. Huc igitur cōtumaciā ventū Antistes vbi vidit: necesse intra mœnia sine presidio militari tutum sensit, ceddēdum tantisper ratus, ad opes colligendas egreditur. Quibus collectis, eaq; stāna lopita potius quā resistēt, dum presidia in posterū aduersus eiusmodi mala circūspicit, simulq; Academiā Treuirensē olim celebrē, iam funditus collapsam restituere cogitat, ad Societatis homines curam applicat. Cum Canisium, quē per litteras accerserat, magni momenti negotia, quæ is habebat in manibus, Augusta non paterentur excedere, virū nobilē ad Colonienfes Patres mittit. Hinc Ioannes Rhetius Collegij Societatis Reçtor, &

Henricus Dionysius cōcionator insignis ad planius consilia Principis cognoscenda, Confluentiam, vbi ille per id tempus agebat, proficiscitur. Singula diligēter Princeps, quot qualeq; Socios vellet, quantum daturus esset ve etigal, sua manu in tabulas accuratè retererat. Adhibet ad conuuiuium Patres: & qua pollebat facundia prudentiaq; pluribus disserit, quā cupiat & in priscum decus excitare Gymnasiū, & gregē sibi cōmissum salutaribus potius monitis, placidaq; institutione, quā in minis & armis in officio cōtinere: adiiciēs pro iis, quæ ipse audierat de Societatis alumnis, atque adeo viderat, sperare se per eos vtriusq; voti potentē fore. Denique amāter honorificèq; habitos, instructa nauī, ac persoluto quidquid toto itinere fecerant sumptus, erantq; facturi, donis insuper ornatos, quæ respici nequiuere, dimittit, multū rogans, vt primo quoque tempore Socios ad ponenda Collegij fundamēta mittendos curarent. Vix abierāt, cum ad eos Colonia, atque ad Lainium Romā alias super alias dat litteras impariens morē. Duodecimo Kalendas Iulij Euerardus, vnaq; Ioannes Rhetius iam Principinotus, & Andreas Valekenburgius Treuiros inierunt: dataq; optione vel cœnobij propè defert, vel veteris ac ruinosi Collegij prope Academiam ad Collegij sedē legendi, Euerardus, ne reliquis Cœnobitarū gratis esset, imò sperās, & ipsos scholarū mox religiosarū ope respiraturos, posterius præoptauit. Andreas ibidem instituto quoq; Collegio mansurus in Archiepiscopi templo, Ioannes Rhetius in alio celebri dicere ad populū instituunt: quos oppidò frequēs secundaq; concio audiebat. Euerardi præcipua erat cura ædes, quas amplas, & duobus amœnas hortis Antistes attribuerat, cōformare Religiosum in modum. Per autumnum Roma sex missi: subsecutus 103
Antonius Vinckius, qui Collegio præesset, accersitus è Sicilia: ceteri Colonia euocari. Extremo anno iam conuenerant omnes. Quē populus cœtum aspiciens virorū lætus modestia, lætus industria, cum priuati ac publicè sermones de rebus celestibus, frequentēq; exhortationes audiret: ac sacrosancta mysteria paulò antè tantum non oblita repetere ac regurgitare inciperet; speciem sibi renascentis Treuiros Ecclesiæ intueri videbatur, ac reuiscere pristinum patriæ decus gaudebat. Incūdē quidā solebāt dicere, Treuitis tum omnes esse in metu, malos, qui se in hæretici erāt, quod nefaria sua consilia cœteri viderēt: bonos, quod vererentur, ne defatigati Patres ac victi onere sancta illa cœpta perpetuare non possent. Ante omnes exultabat penè, & gestiebat lætitia Archiepiscopi Suffraganeus Gregorius Vireneburgius. Is erat vir rectus ac simplex Azotensis Episcopus, qui anno priore, dum maximè turbas hæreticus rabula excitaret, populū è loco superiore, & in cunctis cōuentibus adhortari ad constantiam non cessabat, admonens, vt bono animo esset, quod effusus in ea vrbe sanctorū Martyrum sanguis coram diuino conspectu ciuibus opem suis implorans, clamaret. Quin etiā propediem affore pollicebatur viros, qui fidē religionemq; illā prædicarēt, quā ad eos Princeps Apostolorū Petrus per SS. Eucherij, Valerij & Martiniū transmisit. Ergo is iam homines Societatis monstans,

101
Archiepiscopi
Trenirensis
Collegij
hominis.

102
Principia
Trenirensis
Collegij.

103

104

monstrans, hæc verba (vni scribit Pater Euerardus) preleticia animi propè cantibus vsurpabat passim: En hi sunt, quos aliquando dixi vobis venturos. Id coniectura ne, an diuino tactus spiritu antè prædiceret, non equidem affirmari. Nam tamen de Collegio tum mentio erat, tamen exitum tam affirmatè promitteret humana cognitio nulla erat. Religiosæ quoque familiæ, quæ vacuas ferè domos habebant, sperabant è bona adolescentium institutione suis quoque Ordinibus supplementù. Scholæ hoc anno apertæ non sunt, tamen vel ipsa earum expectatio permultum profuit. Multi enim Treuirensium adolescentæ, qui vicinis in vrbibus ludimagistris hæreticis operam dabant, in patriam redire. Nam & hoc astutè agebāt hæretici. Cùm de Grammaticæ & Humanitatis scientia plurimum se iactarent, alliciebant ad suam disciplinam, cui poculum infantia propinarèt, improvidā iuuentutem. E Sociis, qui Roma iuerunt, Othoni Briamontio Leodiensi clari generis iuueni & docto, in Italia finibus genu labore itineris (pedites enim ibant) periculosè intumuit. Quamobrem necesse fuit Altdorffij illum inter Helueticos relinquere, quò curaretur. Eius custodiæ ac solatio Simon Anglus multæ ætatis ac virtutis sacerdos, qui prius etiam quàm Societatis se adiungeret impulsu caritatis docendo, concionando, & similibus officiis Societati consuetis detinebatur, substitit. Gens erat bonorum morum & Catholica fidei, & in expectatione belli. Aiebant enim vndetrigesimo antè anno quinque Helueticorum pagos veteris, id est Catholica, religionis cum septè, qui noua erant secuti deliramenta, gessisse bellum. Quo bello Vldericum Zvinglium cum sexdecim diaboli ministris sublatum & exustum: ac victos populos coactos profiteri religionè priscam veram esse, ac spondere se eius sacra cerimonialisque & templa restituros: quæ quoniam non præstiterant, velle armis repetere promissorù fidem. Patres Societatis humanissimè exceptos cùm primò vniuersos aliquot dies, tum dies deinde multos Othonè ac sociis gratuitò aluerunt. Quin etiam eorum consuetudine capti (adeò quacunque irent bonus odor Christi erant) ad Pium IV. Romanum Pontificè, & ad Patrem Generalem communi consilio dedèrè litteras, quibus Collegium Societatis summis precibus postulabāt: & Cardinalis Borromæus rem Lainio Pontificis iussu commendauit. Nec sanè Lainius minore, quàm petebatur, studio optabat concedere. Verum numerus Sociorum angustus, nec publicis necessitatibus, nec bonorum votis par erat. Iamque Archiepiscopus Moguntinus, qui item diu Collegium expetiuerat, Treuiros propè sibi prelatos dolens, dilationem pati nequibat.

105
Helueticum
Collegium
postulans.

106
Tornacensis
domicilij
status,

Treuirensi Collegio in præfens Euerardi Pro- uincialis administrationi subiuncto, quatuor iam Germania inferior Societatis domicilia numerabat, præter hoc nouissimū, Tornaci vnum valdè tenue. Quamuis enim identidè subsidia eò mitterentur, & ciuitas Collegium peroptaret, tamen fixam in vrbe sedem tantum Ioannes Mortagna vnà cum socio haud dum sacerdote, habebat. Quorū tamen si labores, & cōmune vrbis agriq; circumiecti emolumentum spectes, instar erant

multorum. Alterū Lonanij erat, quod si licuisset in Collegium perfectū redigere, fructus promittebat vberrimos. Tertium Colonia; quod & Collegium numeris expletum omnibus & florentissimum erat, cui Ioannes Rhetius, vni sapius mini, Rector moderabatur, & Leonardus Kesslius Superintendens, quoniam adhuc Patres se se pro litteratum magistris potius ad præcauendam inuidiam, quàm pro Religiosis ferebant. Multi hinc ad cæteras in cōmune collatas vtilitates indolis rarè adolefcentes ad Religiosam vitam animum adiungebāt, plurimiq; nobis adiungebantur. In his Ogerius Dauantianus hoc anno cùm Deo vocati relinquerentur, salutarem eius iram expertus est. Leodiensis patria, duo de viginti annorum ætate erat. Initio diuina mysteria cùm ferè octauo quoque repeteret die, assiduus intus in animo audiebat voces, quibus ad perfectionem, & ad Societatis capessendam impellebatur. Quarum vocum impatiens, vt velut importuno monitore summo, otiosam securamq; vitam exigeret, & molestari curari fontem ac nutrimenta remoueret, decreuit segnis laxiusq; colere pietatem. Ergo non apparere in templo, non ad sacri confessorij tribunal, non ad mensam Angelorum accedere. Inter sodales perniciosè vagos licentia dux ipse volitare. Interim tempus appetit, quo ex Philosophiæ auditoribus, qui profectū ritè probassent, creati Magistros oportebat. Ogerius ex auditoribus iis erat: principioq; cùm pietatis sedulo colebat studia, litterarū quoque diligenter & cum laude tractarat: sed mox (vt vsu ferè veni) abiecta rectè faciendi mente, discendi quoq; cogitationem ablegarat. ne tamen condiscipulis magisterio cohonestatis turpiter ipse præteriretur, inter candidatos nomen suum apud studiorum moderatòrè Franciscum Costerum profiteretur. Prehensa Costerum ansa, si fortè gloriolæ igniculi studendi reducerent curam, hæc aditum pietati recluderet, spem fecit, quoad sibi fas sit, eius iuandis: verum respiceret se se. Notam esse omnibus eius, & piarum rerum, & Philosophiæ negligentiam: talibus moribus præditum, & vsq; eò imperitum, nec expedire, nec licere ornare: honoremq; tam apertè indigno dilati non gloria, sed ignominia fore. Si tamen solertia pristina studendi negotium repeteret, & ingenium, & verò in primis Dei auxilium assecuturum. Permoit hæc oratio nondum planè perditum adolescentem. Ardore ingenti se ad Philosophiã refert, simulq; paulatim ad cultum pietatis pristinum redit: ac sine mora eadem cogitatio in eundem Societatis præstò est, grauiusq; animū stimulat, vt aliquando defatigatus, ac propè desperans exclamaret: Itane compellar inuitus, & perpellar, vt efficiar Iesuita? continuoq; tacitam audiuit animo vocem: Ita sanè: & nisi id facias, morieris. Nihil magis obsequenti paulò post in solito gelu pedes obrigescunt: quod sensim per tibias futum in cæterum surrepebat corpus. Adhibet medicos, balnea, fomenta: frustra. Perstabat inualefcebaturque frigus: & ad vitam sedè gradiebatur. Tum demum stuporem suæ mentis tentare cepit: hæc esse Dei, quem toties ingratiè repulisset, patientissimè diligentis documenta; mortisque, quam vox interior denunciasset, antecursores. Costerum, vbi

107
Collegij
Colonia;

108
Ogerij
Dauantiani
in signum
Societatis
vocatus.

109

primū

primū licet, alloquitur: seriem totius rei, quamque aperta habeat diuinæ voluntatis argumenta exponit. Ad vltimum induxisset animum, Deum sequi. Quid multa? incommoda valetudo, quæ alijs interclusisset, Ogerio aditum expedit. Atque vt clariùs appareret, illud gelu ad incendendum diuino igne eius animum, non ad perdendum corpus terendisse; qua prima in Collegio nocte fuit, penitus euauit. Et ille, quamuis vehementis ingenij esset, nec parum in sui victoria negotium habuerit, tamen propositi tenax, ac disciplinæ Religioſæ bonus cultor ad mortem vsque, quam pie tandem Moguntia obiit, perseuerauit.

110
Scholarum
vilius.

In superiore Germania non sine affiduis dimicationibus (quod necesse erat inter hereticos) res Catholica probè sustentata hoc anno, nec parum restituta est. Exibat è puerili institutione pretium multiplex. Non ipsi modò pueri hereticorum fallacias oderant, sed parentes quoque suos, ceterosq; domesticos, partim adhortatiunculis siue coram, siue per litteras, partim constantiæ & innocentiæ familiaribus exemplis ad veram pietatem alliciebant. Ingolstadiensium multi, cum quid esset, quamq; vim haberet Sacramentū Confirmationis didicissent, eo vt se ad Christi militiam roborarent, Eistadium, quòd eo loco offerretur opportunitas, abiere. Ibi cum S. Eucharistiam pie suscepissent, & rorem, qui è S. Walpurgæ sepulcro stillat, recepto patriæ more, ad pudicitiam imperrandam religioſè hauissent; bini ad summum templum admirante populo, simulque Deo, eique carui bene precante singulari modestia processerunt. Quæ laus idèd memoranda est, quòd inter còtempores factorum rituum, & modestiæ itriores singularis est visa. Et ipsi eam deinde pueri cumularunt. Nam cum Antistes pro iniquitate temporū pudori eorum parens, indulgisset, vt fasciam, qua sacro delibuta chrismate amiciri frons solet, post paulò ponerent; illi triduum ipsum ad venerationem Sacramenti, & heretica tum contemptum procacitatis, tum condemnationè superbiæ, quali candidum sincerorū Christi militum insigne, & Catholicorum nobile diadema gestare voluerunt, quantumuis rideret ac ludibrio haberet stulticia impiorū. Capitale vbiq; pueris erat exitiale odium libellorum: nihil spectabant lutiùs, quam eorum conflagrantium flammam. Et quoniam dolos hereticorum norant, qui quo vendibiliorem errorem facerent, & simplices teneræ ætatis animos fallaci oculorum specie caperent; suos libellos lepidè ac pretiosè compactos ornatosq; spargere consueuerat; si quem paulò ornatiorem cernebant, quasi ex fuce & cerussa Babylonicam meretricem suspicabantur: siq; deprehenderent vera auctore impium esse, nullum ei pretium, nullus lepor sat erat, quo se ab igne redimeret. Sed laborabatur librorū priorum inopia: vix vllus ad manum erat, quem non condidissent, vel non vitiaſſent heretici: & planè Catholicis illibatiq; necessarii erant tum ad impios è manibus hominum excutiendos, tum ad lerendam pietatem. Id animaduertere Patres; ac Ioannes Victoria Viennensis Collegij Rector, vt quantum in se esset, filij tenebrarum prudentiores filijs lu-

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

cis ne essent; typographiam, vnde & pauperibus gratuito, & cæteris facilè parabiles libri salubres tutique suppetere, magno labore, piorum impensis primū in Collegio ipso instituit; deinde, cum multis Religioſis occupationibus ea procuratio obturbaret, ad seculares viros spectatæ fidei tranſtulit. Qua industria bonorum librorum inopia magna ex parte succursus est. Hos è primæ ætatis educatione fructus pius Imperator Ferdinandus cernens, non solum alia alibi contubertia, sed etiam nobilium iuuenum Viennæ Collegium, cui Societas præſſet, instituere decreuit: nec vllam rem, qua possèt, vel in Germania, vel in alijs oris ad suos oratores, ac varios Principes scribens (nam & in Galliam ad Regem, & ad Cardinalem Lotharingum, & Romam ad Pontificè Pium, Cardinalesq; Moronum & Augustanum, & ad oratorem suum hoc ipso anno præclaras litteras dedit) promouere Societatis conatus, intermittebat. Viennensibus Patribus ad res gerendas momentū haud paruum attulit per aliquot menses nobilis commilitonis accessio Christophori Rodericij. Ioanna Lusitaniæ Princeps monitu Borgiæ illum anni superioris extremo, cum litteris ac mandatis ex Hispania miserat ad Mariam sorore suam Maximiliano Regi nuptam, vt coniugi vtrique, si quid possèt piæ & consolationis & opis afferret, & apud vtrumque, atque ipsum Ferdinandum religionis causam promoueret. Quippe remedij aliquid efficacis inualeſcenti in dies errorum flammæ maturè videbatur quærendum ante Ferdinandi Cæsaris finem. Porro ea pietas erat Ioannæ, non modò vt coram in Hispania, sed etiam procul in Germania tentanda libi omnia pro Dei laude, publicaq; sanctitate existimaret. Ad hæc summè venerabatur Maria Regina & mirabatur Borgiæ propter insignem vii conuersionè ad Christi humilitatem ex eo splendore, in quo parentis olim suæ imperatoriam regentem domum, opibusq; & gratia florentem norat. Quam ob rem & suas ad eam Franciscus litteras & propria mandata, religionis virgenter zelo, adijcienda duxit. Christophoro autè Rodericio præstantia ea cum doctrina tum sanctitatis & prudentiæ inerat, vt grauissimo ei muneri maximè accommodatus censeretur. De quo viro, quoniam frequens posthæc mentio incidet, virtus ac gestæ res postulant primordia indicari. Patriam habuit oppidum Hitam diœceseos Tolitanæ: duos in Societate non sanguine magis, quam virtute germanos, minorem nato Ioannè, maiorem Garziam Rodericis, quorum ille præcessit ad signa crucis, hic prægressorum vestigia subsecutus est. Christophorus iam sacerdos, & Seguntinus Theologiæ Doctor in Societatem anno salutis M. D. L. V. receptus ob eminentis in itia & fundamèta sanctitatis statim Borgiæ summè placuit. Ab eo Gandiam missus, aliquamdiu Theologiam docuit, & Collegio præfuit. Deinde ab eodem Borgiæ comes assumptus, & Vallisoleto Collegio Rector præfectus est. Inde in Germaniam destinatur. Hæc illi Apostolicarum peregrinationum, quas deinceps plurimas & grauissimas obiit, prima fuit. Ergo longinquum iter obedientia communitus libenter suscepit asperissimo tempore, & fortiter quidquid ærumnarum

M siue

113

Ferdinandi
Imperatoris
in religionē
Catholicam
& in Societate
pietatis.

114

115

P. Christophori
Rodericij ad
hunc annum
vita.

116

Res ab eo
gestæ.

sue interglaciem Borealem Viennæ est oblarum exhaustit; ea omnia, & insuper vltro accersitam corporis sui persequentem ac multiplicem vexationem, & ardentissimas ad Deum preces, & quotidiana sacrificia ad demandatæ legationis successum referens. Tum officio suo grauitate, sapientiæque ac libertate planè Religiosa perfundus est. Contendit apud Ferdinandum, atque effecit, vt ab regio latere pestilentissima quædam capita, ac nominatim, qui à concionibus et, quiq; ab eleemosynis erant, remouerentur. Regibus porro ipsi ostendit, quantum adeant periculum, qui præfunt publicis rebus, ni pro viribus publica mala cohibeant; & proposuit eorum exempla, in quos, quod scelerata vel priuata negligenter, vindicis Dei pœnæ grauissimæ in sacris monumentis extant. Demonstravit, quàm sit humana regnorum felicitas è factorum apta atque suspensa cultu. Nominatim etiam cohortari Reginam institit, vt ipsa, quoniam non ita multis, vt viri, distineretur alijs curis, hanc sibi peculiarem susciperet, religionis negotia excitandi atque vrgendi; ad idque se eò loci missam diuino consilio arbitraretur.

117 Apud Maximilianum tria potissimum institit confirmare. Primum, quàm sit omnino Ecclesiæ sanctæ necessaria recta aliqua, nulliusque capax prauitatis regula: ad quam sine hesitatione ac scrupulo, quæ existunt in religione controuersia, diuersæque in sacris interpretandis libris sententiæ exigantur. Et hanc regulam ita esse Romanam Ecclesiam, eiusq; caput Vicarium Christi, vt obedientiam nemo illi Christianorum negare possit absque contumacia æternis plebenda flammis. Deinde rectè facta prorsus necessaria esse ad salutem; eaque per gratiam, quam iustorum animis, ex virtute sanguinis sui Christus infundit, meritum continere æternæ vite. Postremò fidem manere quidem in homine reo letalis noxæ, verum emortuam: ac proinde nisi caritas, qua animetur, adit, nequaquam satis ad salutem adipiscendam valere. Maximilianus candorem Patris, sinceramque caritatem dilexit, & apud Reginam commendauit; nec monita illibenter vitus audire. Maria verò vehementer lætata fororis officio, quantum plurimū posset adnissuram respondit. Quam sanè optimam Reginam opes potius, quàm vllam in partem voluntas deficiebat. Denique proficiscenti Christophoro (neque enim longioris commorationis extabat pretium) hæc ad

118 Pontificem Summum mandata dedit: Nunciabis, inquit, pro eo, quantum mecum egisti, per-

» spexisse te mihi omnino certum atque delibe-

» ratum esse viuere ac mori in obedientia eius, &

» institutis parentum meorum: nihil noui venari, nihil velle. Teque certò scire regionum harum perniciem libenter me vita ipsa impensa, si possim, redempturam. Cæterum quamuis videam & intelligam graue esse malum, tamen non posse non sperare præstò futurum à Deo remedium, nec permitturum, vt aggrauescat. Cum his, alijsque mandatis Vienna Rodericus profectus, cum Roma transisset, in Hispaniam redijt. Interim hæretici, nec in circulis, nec in declamationibus suis dissimulabant, quàm le-

fuitas odissent iuxta, ac timerent. Augustæ præfertim fremebant, vbi Canisius inchoatis anno superiore conciones magno in dies & fame, & successus auctu persequebatur. Fuitq; hæreticus, qui inter varias sectas, cum Anabaptistas, Sacramentarios, Suenckfeldianos, Osiandrinus, Seruetianos nominaret, adscripsit etiam Canisianos, siue Iesuitas. Nam eosdem aiebat esse, quorum dux & caput Canisius esset. Hos aiebat, inuentum quorundam Cardinalium editos ad excitandum regnum Papisticum, alioqui iam penè collapsum. Errores verò Canisianorum esse, quòd docerent, quamuis olim primus mediator fuerit Christus, nunc tamen amplius non esse; sed quosdam Sanctos; & alia hoc genus stulta figmenta: quæ apud leuiter reum gnaros per se fidem satis faciebant, hæreticos vel inficitia vel impudentia intoleranda præditos: vt planè miseranda esset nobilissimorum populorum simplicitas, qui salutem animæ suæ, æternæque vitæ negotium ijs crederent magistris, qui de re adeò cognita toto orbe terrarum, de Societatis doctrina & ortu tam turpiter mentirentur. Sed Deus optimus maximus finit cæcos impietate homines in pudendos ac manifestos errores ruere, vt quisque intelligat quid in ijs audeant, quæ non ita sub aspectum cadunt. Non prætermisit hanc occasionem Stephanus Agricola, quin hæretici hominis, quod tam erat facile, mendacia redargueret, eo auctor futurus grauior apud veræ falsæque fidei sectatores, quo periclitatus vtranque erat. Is enim Lutherano ortus parente in Philippi Melancthonis disciplina educatus, ac denique factus ipse concionator & nundinator errorum, singulari Dei clementia sectarum varietatem & inconstantiam stomachans agere cum Canisio cepit de via, qua emergere ad veritatem posset. Edoctum atque incitatum Canisius Ingolstadtium mittit, vt in Collegio Societatis aliquot dierum secessu, procul ab strepitu curarum cum Deo agens ex ratione exercendi spiritus à Beato Ignatio inuenta animum ad Confessionem generalem præpararet, nouæque vitæ institutionem. Vix dici potest quanto cum imbre lacrymarum post aliquot hebdomadarum anachoresim, attentæque meditationes antea cæcæ ætatis vniuersa peccata sacerdoti detexerit: quàm sedata exhilarataque conscientia, quàm recreatus ac lætus, planèque alter discesserit. In celebre inde monasterium abijt erudiendis Monachis piè operam nauans, & vitam illis persimilem vigilijs, precibus & cætera seueritate ducens: & quidquid superesset otij in pijs voluminibus Germanicè vertendis ponens: inter quæ etiam quædam Beati Patris Ignatii præcepta Latinis versibus à Patre Frusio expressa, vertit; multò accuratior veritatis magister, quàm fuerat minister erroris. Is igitur & Deo, & forè etiam Societati, cui secundum Deum salutem suam acceptam referebat, gratificaturus, grauius ac modestè temerarij tabulatoris calumnias diluit, & mendacia in apertum edito Germanicè libello protulit.

Monachienfis colonia priore anno inchoata, Socijs Roma rogatu in primis Ducis huius auctum Collegij turno iacramenta.

119
Hæreticorū
impudentia
mendacia.

120
Stephanus
Agricola
conuictus.

122
Monachien-
fis Collegij
turno iacramenta.

tumno anni submissis ad iustam Collegij formam perducta est. Qui priore anno venerant, in-
 itio Quadragesimæ, adornatis iam quatuor clas-
 sibus in ijs docere publicè quanta potuerunt
 maxima exordij celebritate oecuperunt. Pri-
 mum concionator noster, qui multum auctori-
 tate apud ciues, apud Principem gratia valebat,
 quid profiteretur, quid propositum Societatis es-
 set, è suggestu Germanicè exposuit. Concioni
 oratio Latina successit; cuius pars optimos cona-
 tus Principis prudenter commendauit, pars in
 litterarum laudatione versata est. Tum schola-
 stici adolefcentes uenustè Græca quædam & La-
 tina carmina pronunciarunt: ac demum habi-
 tum ab ijsdem non iniucundum drama cele-
 britatem clauit. Quæ res noua & mira popu-
 lo uisæ gymnasij nomen secundo rumore disse-
 rens auditores ad trecentum allexit. Nec minus
 interim in templo pietatis res, quàm litterarum
 in Museo ferebant. Quæ summo Princeps cum
 animi sui gaudio cernens, nihilque magis tri-
 mens, quàm ne operatorum paucitas oneri suc-
 cumberet, destinato ipse uerbore uicigali ad
 plures alendos subsidium ab Lainio precatur
 his uerbis: Ex literis, quas de mittendis ad nos
 è Societate uestra uiris anno ad te proximo de-
 dimis, satis, ut remur, constat, quæ de uniuersa
 instituti uestri ratione nobis persuasum sit; quan-
 tum inde labenti Christianæ rei commodi pol-
 liceamur. Nec sanè nos spes ista sefellit vnquam.
 Illi enim ipsi de Societate uestra, quos nuper ad
 nos misisti, ita se primo statim aditu composue-
 runt, ut & uitæ sanctimonia, & in docendo mi-
 ra felicitate alacritate cæteros suos fratres Col-
 legij Ingolstadtensis laudabili quadam, & Eccle-
 siæ Catholice uilissima æmulatione uelle uide-
 tentur uincere. Et nunc iactis feliciter funda-
 mentis publicis concionibus, & priuatis etiam
 adhortationibus rem fortius tentant. Quas-
 tos uincat Domini muros ita sine intermissione
 reficiunt, ut non modò furiosus ille aper egre-
 giè ab uis arceatur, sed uincam ipsam femini-
 bus noxijs & sentibus perpurgatam spes sit pu-
 riorem conseruari haud difficulter posse. Ex his
 uestris Seminarijs primitiue Ecclesiæ faciem iam
 iam conueni ineredibili gaudio glistimus. Quis
 enim, nisi sit ipse quoque communi, qui totum
 propè Christianum per orbem grassatur, morbo
 infectus, non lateatur ex animo insanam hære-
 ticorum pertinaciam summa eruditione, inno-
 centiaque uitæ tuorum tandem infringi? Verè
 igitur ac merito tibi gratulamur talium filiorum
 Parenti, in quibus reuiuifcentis religionis ex-
 tirpandarumque hæresum vna firmissima spes
 consistit. Cæterum in hac nostra lætitia vnum
 est, quo uehementer commouemur. Cum e-
 nim uerè credentium, qui in dies magis ac magis
 augetur numerus, id efficiat, ut præter quoti-
 dianos in schola docendi labores, plurimum sit
 in templis quoque concionando, faciendo, im-
 pettendoque diuina sacra, & infinitas piorum
 confessiones audiendo, parumque confirmatos
 fideliter docendo desudandum, ualde ueremur,
 ne pauci isti tui operatorij tanto oneri diu ferendo
 non sint. Rogamus igitur clemèti studio, quem-
 admodum etiam superioribus nostris literis à te

contendimus, ut occupatissimorum, & ipso sub
 pondere collabentium filiorum miseris, plures
 in hanc copiosissimam messem emittas, qui cum
 illis, qui iam hic sunt, integrum Collegiū consti-
 tuant; cui nos quidquid erit necesse ita suppedi-
 tabimus, ut & nostrum in uenerabilem istam So-
 cietatem uestram amorè planè iterum testemur,
 & sacrosancta Catholica religio domiciliū apud
 nos perpetuum habere possit. Viaticum quoque
 ad Caniliū arbitriū præstò erit. Ad hæc postulara
 iustissima optimi Principis duplicatus est Socio-
 rum Monachienium numerus, ut iam circiter
 viginti essent.

Oenipontanum quoque postulatu Cæsaris,
 & Dilinganum Collegium Othone Cardinali
 Augustano flagitante accepta sunt. Sed ad tot
 examina simul educenda nondum soboles ma-
 turuerat. Iam diu Nicolaus Olahus Archiepi-
 scopus Strigoniensis instabat, ut Societas in suum
 quoque Collegium succederet, quod Tirnauiæ
 in Pannonia, ubi hoc tempore, capta aliquot
 ante annis à Turcis Strigonia, sedes Archiepi-
 scopi erat, moliebatur: & destinati aliquot sunt
 ex ijs, quos Romanum Collegium in Germa-
 niam misit, qui in Pannoniam irent. Verum &
 armis Turcarum perstreptibus, & aliunde ob-
 iecta est mora.

Interim in Hispaniæ prouincijs haud vnus re-
 rum ubique renouit. Multò quàm alibi secun-
 dior in Lusitania: præsertim quòd Borgiæ ibi præ-
 sentia, & domesticorum ad officium, & externo-
 rum ad uenerationem Societatis inflammarer ani-
 mos. Eboram anni superioris exitu attigit, egre-
 gio Theologorum pari ad eius incrementū Aca-
 demie ex Castella prouincia ducto, Ferdinando
 Petriò, qui nuper, & Petro Paulo Ferrerio, qui
 anno antè ad Societatem accesserat. Communè
 omnium gratulationem, qua exceptus Borgia
 est, continuò morbus eius repentinus & gra-
 uis, qui demum in tertianam euasit, solitudine
 ac mœnore turbauit. Qua re cognita Cardinalis
 Henricus, & Regina Catharina hominem è
 suis nobilem qui inuiseret, officiosissimè desti-
 narunt cum viatico apparatuque modico, ut fa-
 cilius acciperet; regiaque lætica, qua Olisip-
 ponem ad commodiorem certiorumque cura-
 tionem deueheretur. Regio apparatu remisso
 sanctæ & paupertatis & humilitatis non minus
 in mala, quàm in bona ualitudine tenax Fran-
 ciscus, ne tamen Principum benignitati uideret-
 ur ingratus, Olisipponem, cum primùm me-
 liusculè habuit, transtulit sese. Hic simul stu-
 dia litterarum ad sancti Antonii cum frequen-
 tia, tum nobilitate profectuque discerunt,
 simul pietatis ad sancti Rochi omni genere
 consueti operis florentia reperit. Ardens Con-
 salui Vazij Mellii facundia cunctam ciebat ur-
 bem. Priusquam luceret, foresque patenter tem-
 pli, ingens famulorum caterua locum in con-
 cione dominis præceptura porticum obsidebat.
 Tum in Collegio æquè ac de domo Professæ eximij
 Fratrum Patrumque ad perfectam uirtutem impet-
 tuerant: adeò ut quæ ibi quotidie gerebantur,
 tractare ac cernere minus afluens prorsus mira-
 bila uideretur. Ad remotissimas profecturi gen-
 tes, Indiam, Brasiliam, Iaponiam adituri paucis

115
 Littera
 Duci Ba-
 uari de
 Monachi-
 o
 Sacerdotum
 fructu.

124
 Oeniponta-
 num, Diling-
 anum, &
 Tirnauien-
 se Collegia
 accepta.

125
 Ret Lusit-
 ania.

126
 Borgiæ
 morbus &
 humilitas.

127
 Olisipponem
 florent stu-
 dia & lit-
 terarum, &
 pietatis.



horis antequam pedem in nauim inferrent, de professione admonebantur: idque obedientiæ genus ambientes, feliciores se, quibus euenisset, rati, vix spatio ad salutandos in digressu ample-

128

128 Non minus hilariter sanctæ paupertatis, ad sancti Rochi presertim, vbi eius copia maior, tolerabant incommoda. Rarò pulmentum apparebat in mensa nisi è suilla, idque rarò. Præ togarum inopia, palliis, quibus vrebantur in publico, domi ad arcendum frigus obuoluebantur: tantaque in penuria sua egentiorum memores, ne buccellam suam soli comederent, nihil patiebantur in mensam è culina deferri, ex quo non antè pars mendicis diuidenda deciperetur. Iam ad excipiendas confessiones, diutissimeque sedendum in templo, ad rudes siue pueros, siue agricolas edocendos, ad euertenda peccata, ad properandum quocumque obedientiæ & caritatis signum daret, intenti omnes, accincti ac prompti. Ignatius Azebedius, vt firmitate virium ac robore corporis, ita obeundis laboriosis odiosisque ministerijs excellebat. Ille præter communia sacerdotibus domi munera, idem ad suborientes necessitates, quocumque vsus ferret, accedere: idem Christianam explicare domestico in templo doctrinam: idem valetudinaria cum insanabilem, tum regium visere: idem custodias publicas adire. Hæc autem simul omnia ordinaria ei prouincia erant. In custodia, vbi verba fecerat, illico ibidem assidens audiendis confessionibus ad serum vsque diei perseverabat. Nofocomia haud raptim perambulabat: sed nihil tam terribile ac triste obieciat sensibus, quod in Christi gratiam, animasque hominum, si corpora non posset, saltem sanandi conatu non fortiter appeteret. Quodam die instante iam prandio, cum fortè audisset far procul ab sancti Rochi supplicium de nocente sumendum, ommissa sui pascendi cura, ieiunus ad hominem damnatum festinauit, itaque confestim, vt supplicium in facinororū poenam suorum tolerans, & animam suam multum Deo commedans, cum bona spe vitam finiret. Quod factum ideo nominatim narratur, quod Romanus de Societate hospes, qui cum admiratione notauit, in id fortè incidit, non quòd singulare censeretur in Ignatio, ac non potius inter quotidianam à notis reponeretur. Cuius quæ fortis caritas esset, ex eo etiam, quod subiiciam, apparebit.

130

130 Est Olisippone cura ægrorum sanè diligens, tamen miselli tres homines, siue quòd planè desperatum, siue quòd supra modum horridum ac fœdum erat malum, abiecti destituti que omni ope iacebant. Id ad Ignatium, quem talibus delectari nuncijs notum erat, deferunt. Is ex templo quasi ad monstratum sibi thesaurum aduolat. Ecce autem reperit non hominum faciem, sed cadauerum putrescentium horrendam figuram: blanditque interrogatiunculis explorans animum, haud miserabilem minùs statù eius deprehendit quam corporis. Non potuit tantæ conspectu calamitatis non grauitè commoueri. Quare & corporibus, vel certè animis, quorum vt maioris momenti, ita minùs desperata curatio erat, mendendi cupidus; cum receptaculum in hospitali

peregrinorum domo, quò miseris inferret, impetrauisset; pioque viros, qui cibatum eisdem necessarium quotidie submitterent, reperisset; ipse chirurgica tractare ferramenta, fascias ceromataque non horruit. Omnes principio, sed vnum in primis, qui ad cæteram calamitatè omniformidum genere cooperatus lacerabatur, Ignatius suis ipse spoliavit manibus, totondit, abluuit, perpur-gauit. Alius semese immaniterque exulcerato toto corpore spectaculum præbebat vsque edidit, vt absque nausea vix quispiam toleraret. Ipse ager inuisentes magnis abstergebat vocibus, ne propius accederent. Leo Henticus Ebo-rensis Collegij & Academiæ Rector cum Olisippone vna cum Borgia venisset solennem ibi professionè editurus, particeps pij futurus operis, Ignatio eos homines, quod quotidie sepius faciebat, visenti voluit ire comes. Sed Leonis constanti nequaquam respondit imbecillitas corporis. Dum peccat iuuatque curationè, elanguit, atque defectus animo est; & tamen Ignatius præsentissimo animo tractabat vlcera, abstergebat saniem, apponebat fila ac linamenta, obliuiscit, obligabat. Quibus obsequijs cum eos sibi miseros conciliasset, planeque reddidisset obnoxios, emollitis iam preparatisque animis insinuit facere medicinam. Nec difficile erat quem vellet in modum formare ac fingere. Expiatis itaque confessione criminibus, toti ex diuina voluntate pendentes, magna patientia magnam illam ferentes miseriam, nunquam deferente Ignatio, tandem moriendi finem fecerunt. Hæc pro gustu sint vitæ Ignatii quotidianæ, que dum Borgia Olisippone esset, acciderunt, vt intelligatur, quibus gradibus ad martyrii nobilem palmam, quam demum in Brasilia nauigatione ab hæreticis cõsecutus est, sibi ascensum pararit. Interim verò, dum in morbis curandis alienis egregie defudebat Ignatius, in suis perferendis Ludouicus Con-saluius strenuè exercebatur. Etenim ex quo Lusitaniam attigerat, alio super aliud perpetuis malis grauissime conflatus ita postremo oculis laborabat, vt alterius vsu diu careret. Ad hæc non parum habebat ægræ Regis instituti sollicitudo. Ad cæteras ille quidem causas, quibus illud ab se onus auertere nitēbatur, etiam infirmitatem corporis apud Reginam & Cardinalem excusabat: robustum, certioris; valetudinis magistrū assu-met, cui integra pueri institutio relinquere tur: nollet se id aggredi, quod perfecturus non esset: quin etiam tam assiduos, inter seque connexos morbos pro diuina voluntatis in dicio consilium illud damnantis, acciperet. Sed illi pariter in cepto perstabat. fructum vberem, qui ex tali doctrina sperari deberet, magnificè explicantes; Deum, quandoquidè non nisi maxima eius laus proposita esset, sine dubio & consilium probare, & auxilio affaturū. Dæmoni potius optime consulta disturbare, & publicum sanctæ Ecclesiæ bonum interuertere molienti morborum tricillæ tribuerentur. Pueri quoque Regis docilitatem miram prædicabant, & vt animos Ludouico facerent, & quòd ita res erat. Addebat Regina id Ioanni quoque Regi, antequam ex humanis decederet, fuisse consilij, vt Sebastianus Magistro de Societate traderetur in disciplinam.

Quare

129
Ignatij Azebedij fer-
ror eximius

132
Ludouicum
Consaluum
conatur ab
se institui-
nam Regi
amoueri.

133 Quare siue aliter faceret, siue quempiã Ludouico præferret, videri sibi se diuini spiritus impulsu resistituram. Quæ Ludouico leue præbebant solatium, nihil ægrè ferret nisi quòd id muneris hanc proficèti disciplinam viro minus videbatur conueniens: verebatur quæ postremò, quamuis res optimè verteret, ne exemplū domi forisq; noxium foret. Plus enim Societatem ex istiusmodi munere, si semel in feliciter administratur, detrimèti capturam, quàm eò modi, quamnis è sententia sepe cadat. Quòd quæ à Principibus peccatū, conspectiora odiosioraq; vulgo sunt, quàm quæ iuste pieque geruntur. Ac rectè factorum, vt fauēt suis ducibus populi, quisque libenter auctores Principes facit ipsos, ad eorū gratiam defert; peccatorum verò causas & inuidiam gauder in alium quempiam detinere. Tamen, vbi non nihil explicitus morbo est, auspice ac duce Christo diuinæ prouidentia successū permisso, initium docendæ ætate in eunte magno animo fecit. Ratio doctrinæ huiusmodi erat. Iussit in altera tabellæ facie litterarum formas egregiè pingi, vt species ipsa blandimèto colorum pueriles alleceteret oculos, & acutus in mente impressas relinqueret notas: in altera loricas, scuta, galeas, hastas, sclopetos, bombardas, aliaq; armorum genera appinxit, vt eodem tempore ad perfectā Regis formam educatus, quasi bellicæ pacatq; sapientiæ elementa condisceret. Ad hæc ex præcipuis regni Lusitani veteribus institutis libellum quàm pulcherrimis characteribus cõficiendum curauit, vt dum in ijs agnoscere litteras, connectere syllabas, & cursim legere puer assuescit, ad auram quoque eius regni disciplinā, quam multi labi paulatim ac solui querebatur, afficeretur. Bis quotidie ante & post meridiem assignabat exigebatque pensum: eamque subtilitem exercitationē historiola condiebat è sacra profanaq; memoria delectis exemplis, inter quæ quasi salubri in celo pueri animus educatus, colorē vegetum, sanumq; duceret robur. Nec vlla ei intratio iucundior accidebat, quàm si qua ad Mauros Turcãque pertineret: in quos tantum odium concipiebat, vt sepius dicitaret, olim sibi id genus omnes mactandos. Porro materia & indoles planè erat Christiana, ac regia: ex qua iure summa sperare liceat omnia, nisi honorariorum puerorum consuetudo, quibus hæud similia erant ingenia, non pauca opinionū bonarum, quæ inferebatur, elideret. Cum se mane in regiam cum socio Ludouicus contulisset, vespere singulis diebus ad Collegium referebat. Diem in semota ab tumultu aulico ædium hæud magnificari parte, orando plurimum ac studendo ducebat, ibidem soli prandebat: & quidè initio satis lautè afferebantur epulæ; verum Ludouicus vehementer gratijs actus cum diceret, si valeret postularet, regia se benignitate libenter vsurum: cæterum quamdiu diuina gratia valerēt, non esse curab sui Ordinis more regulaq; discederent: vtique in regia quoque in domo Religiosi essent, nec deereret, quòd Lusitano Regi inferuient, laxius celi regit amulari. Ad hæc ierò deprecans obtestantque, ac magni loco beneficij postulans, quamuis ægrè, tamè ab Regina impetravit, vt nil ex quietum, nihil è volucrum genere, sed frugales dumtaxat, & quàm simillimos do-

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

mesticis præberi sibi cibos pateretur. Idque Ludouicus siue ad continentiam sibi, siue ad exemplum alijs potius duxit, quàm si parem seueritatem in optimè instructa mensa seruasset.

Iam Borgia Purificationi Desparæ sacro die cum in Leonis Henricij solennibus votis concionem habuisset, negotia, & splendorem aulae fugiens, continuò Eboram cum eodem Leone redierat. Hic totius Quadragesimæ diebus Dominicis in templo vrbs principe concionatus est rogatu præcipuè Dominicanorum Patrum: qui cum annorum multorum consuetudine ius adepti quoddam eius suggesti viderentur; rati è Dei maiore gloria fore, si inde Franciscum populus audiret, vitrò id munus ad eum, adhibitis, vt susciperet, precibus, detulerunt. Nec sua viros optimos frustrata opinio est. Ex Francisci dictione fructus vberiori exitere. Quippe cuius ea erat vita, ea fuerat olim fortuna, vt conspectus ipse pro oratione acerrima esset. Quod significauit paulò post Cardinalis Henricus: qui cum ad extremam Quadragesimam Eboram venisset, rogarique Franciscum iussisset, vt certo die concionem haberet, eo valetudinè solito grauiorem excusante, quæ loqui non pateretur, subiecit, Nolum loquatur: sat mihi fuerit è superiore loco hominè aspicere, qui quidquid habuit, cum tantum haberet, Dei causa totum deseruit. Venit Henricus Eboram, vt, quoniam ibi aderat Borgia, fundaram ab se Academiam videns Deo grates pro ea re rite ageret, & Academiam legibus institutisque firmaret. Quo primùm die ad Collegium iturus erat, vt quo honore Collegij & Academiæ parentem decebat, exciperetur, Leo Rector quotquot ad Gymnasium discipuli ventitabant, conuocatos ad ædes Cardinalis præmittit. Distributi suas quique in classes bini ordine processere: lectique è singulis classibus bini adolescentes, vbi ad Cardinalem venerunt, duobus Epigrammatis altero Græco, Latino altero patronū salutauerunt. Postremus accessit cum Doctoribus Rector, qui paucis Lusitanicè affatus vniuersum illi eum cœtum tradens, eiusdem manum vnā cum Doctoribus de more osculatur: dein toto præeunte discitentium agmine, ciuitate omni ad spectandum circumfusa, ad Collegium, ære interim vniuerso templi principis aliorumque festo plaudente sono, deducunt. Pater Franciscus, quem podagre dolores longius prodire non sinerant, ad fores Collegij vnā cum rei domesticæ inferioribus administris occurrit, atque, quoniam insignium & doctorum hominum agmen egisset Rector, se cum apto sibi cœtu simplici adesse, atque eum quoque summa cum animi voluptate palam profiteri in Cardinalis potestate se esse. Tum pauca in commendationem munificæ eius pietatis adiecit, submissione tanta, tamque humili habitu, vt ad operiendum caput adduci nunquam poterit. Sed ab Henrico valdè vt operiret certante, suo ac Societatis nomine instans expresserit, vt exigua ea cum veneratione longè & dignitati ac benignitati eius impare aditare ac loqui se pateretur. Vbi finem dicendi Franciscus fecit, respondit Cardinalis sperare se affore sibi à Deo vitam, quoad & cœpta ad culmen perduceret, & voluntatem suam erga Societatem prolixius explicaret.

136
Dominicanorum
Eborensium
caritas &
modestia.137
Cardinalis
Henrici de
Borgia di-
scipulus.138
Academia
Eborensis
suasus.139
Borgia hu-
milis.

M 3 Inde

140

Inde procedit in templum, cuius valvas & columnas in texta è trium linguarum principum carminibus ingeniosa aula vestiebant. Hic preparati sacerdotes cantoresque hymnum, *Te Deum laudamus*, iucundè modulantur ac piè; & Cardinalis ad aram progressus maximam sancti Spiritus imploratione subiungit, quam dum ex formula pronunciat, ita est sensu tenero sanctæ dulcedinis delinitus, vt extrema verba præ lacrymis agrè de prompterit. Clausit celebritatem gratulatoria oratione Simon Viera noster, orator idem & poëta insignis. Reliquis deinceps diebus haud minore cum voluptate litterarias omnes exercitationes singillatim Cardinalis inspexit. Interfuit de natura, de quæ Deo disputationibus: singulos præceptorum è cathedra docentes audiuit: puerorum quoque acribus ingenijs, ardentibusque cõcertationibus recreatus est: ad hæc repositam superioris anni tragediam mirè probauit; testatus ea expectationem suam, maximam licet ex fama præcepisset, longè esse superatam. Omnibus denique exploratis, tantum lætitiæ fructum se percipisse Borgiæ confirmauit, vt diceret totius sibi operis persolutam abunde mercedem à Deo videri; eoque lætius confestim animum ad opus perficiendum, ædificijsque, & institutis stabilendum admouit; illud in primis curans, vt quidquid statueret, cum institutis Societatis vsque quaque congrueret: vt qui Patres rebatur, quod suis consentaneum legibus esset, tum amplexturos libentius, tum enixius & facilius promoturos. Nam quod inuitis, & præter disciplinam imponitur, nec bene, nec diu fertur. Interestque patronorum, si perpetua amant opera sua, incolumitati eorum per quos ea sustinenda sunt, consulere. Alioqui malè munit, quod fundamentis obest, parumque est cauta futura, per quam id, cui ipsa insistit, labefactatur. Præter Collegij redditum, item certum curandis in valetudinario pauperibus academicis assignauit. Duo adolescentium contubernia, prouentibus auctoritate summi Pontificis ex æde maxima translatis, instituit, vt in altero quinque & viginti Theologicis rebus, in altero duodeviginti conscientia doctrina è tota Archiepiscopatus diocesi præterquam ipsa ex vrbis lecti, ad inscitiam fugandam, & commodos sacerdotes creandos erudirentur. Idem vt aditus ad magistræ lauream cuius pateret merenti, ac simul ineptis sumptibus parcere-tur, simul quisque non nisi ab ingenio ac doctrina sciret approbationem sibi ac plausum expectandum; in publicis disputationibus vetuit, stragula veste ornari gymnasia: tibicines, aulicos & quæuis musica instrumenta summouit. Postremò Magistratibus, qui academicorum cognoscerent causas, tum laicorum, tum Clericorum creatis, de mercatu quoque in academicorum

141
Cardinalis
Henrici
cura de
Academia
Eborensi
perficienda.

142
Eborensium
Sociorum
feruor.

opportunitatem indicendo cogitare cœpit. His prouidentissimi Principis conatibus egregiè Sociorum in paranda primùm sibi Christiana sapientia, dein communicanda cum proximis nauitas & solertia respondebat. Species erat digna visu, quàm quisque vilissima ambiret munera; quantaque cura operam daret, vt quod impetraret, quàm cumulatissimè exequeretur. Tum maximè cum vacabatur ab studijs litterarum, in opera se

pietatis tanquam effusis habenis dabant. Extremi adolescentem præceptorum suorum, aliorumque Patrum, quos & summè colebant; & quia maximè honoratos rebantur, exultabant (quod in sæculo fit) ab humilium tractatu inferiorum abesse oportere; vbi alium videbāt edito familiarari, alium ianitori, alium in lacera fordidaque tunica obsonatorem per urbem sequi oleibus alioque onustum obsonio, hærebāt admirabundi; lætisque illis, & in cruce Domini gloriantibus pudore ipsi suffundebantur. Ac vir Ecclesiæ Eborensis primarius cum fortè in vnum è Magistris, quem dudum nouerat Theologiæ Doctorem, ligna in culnam deferentem incidisset, domum reuersus rem Canonice omnem narrauit, identidem cum admiratione iterans; Deus bone quàm dissimilia sunt horum Parrum, & aliorum hominum in animi remissionibus studia. Humilitas his oblectamentum est: pro reque ac delicijs laboriosa sui contemptio. Nec verò domi illi tantum ad suam, verum etiam foris ad vtilitatem proximorum exercebantur primarium inter se virtutum cantatis, & sanctæ humilitatis officia copulantes. Est Ebore foro in extremo fons publicus, ingens, manu factus: quo opere nobili arque magnifico per duodecim millia passuum magna vis optime aquæ deducitur. In aduersa fori parte custodia est publica ciuitatis: Archiepiscopi verò carcer modico interuallo à foro distinctus non nisi frequentissima via per medios artifices varij generis adiri potest. vtrobiq; autem aquæ inopia laborabant vinciti. Quæ cognita re Collegæ in ceteris summisionis & caritatis muneribus id quoque vsurpabant. Luce palam expedit ad eum fontem cum vasis accedebant, & quantum ad multos dies satis foret aquæ, vtrumque in carcerem deportabant. Iam nosocomia adire, consolari & edocere iacentes, lectos eorum sternere, sordes euerrere pavimenti, huiusque modalia vetus, & vbiq; nostre iuuentuti consueta est opus. Sed illud accidit Ebore singulare. Populares discipuli sæpè in agrorum vincitorumque obsequijs admirati Magistros (vt nihil est humani ingenio ad imitationem procliuus, neque genus aliud alterius quàm discipuli Magistrorum) æmulavitalia exempla cœpere. Itaque adolescentes opibus & genere nobiles abiectis pallijs, rapis vndeunque vasculis certatim per medium forum, & celeberrima compita ex fonte solatia miseris deferebant quouis pretioso latice tanto gratiora, quàm ab vlitata minus benignitate profecta; vt vincitis non corporum magis aqua illa leuaret sitim, quàm nouæ spectaculum pietatis sanctum animi æstum accenderet, considerantibus non quid sibi, sed qua manu daretur; nec quanta emptum pecunia, sed quanta ingenui pudoris victoria, & quasi impensa. Cæterorum verò ciuium plurimi fixo ad spectandum gradu, sublatis ad cælum manibus gratias Deo agebant, quòd talis Ebore soboles adolesceret, haud sine aliqua cerimonia temporum suorum, quòd sibi olim adolescentibus institutores iidem non contigissent. Deus quoque id operis sibi esse cordi ostendit, multos eorum adolescentium dignos ratus, quos ad varias Religiosorum familias, hoc est ad suam familiaritatem intimam, statimque per-

143

144
Discipulo-
rum pietas.

perfectionis acciret. Fuit præ cæteris vnus, qui ne opus serid aggrederetur, verecundia cum prohiberet, inter condiscipulos certatim festinantes, pallio stabat vtroque ab humero decenter demisso & explicato, solum interdum ad quempiam sodalium adiutandum genis rubore ardentibus modicè proferens manum. Sed tandem ipsismet, dum aliorum constantiam reputat, incipit pudere pudoris sui. Quare molesto è luctatu victor, repente pallium cõplicat, reijcit in humeros, profilit accinctus in medium, & multis mirantibus, nonnullis etiam nequaquam dictis (vt fit inter adolefcetes) parcentibus, manum vtramq; vasis onerat: nec multum viæ processerat, cum animum ad Societatem adiciens, perfectam de sæculo reportare victoriam statuit. Vique ad eò bonum opus melioris est semè. Maius in adeundis nosocomijs erat certamen. Notato die, quo Academia vacabant exedra, præuenire Collegij Patres certabant. Arque ad eò, quoniam ipsos religiosæ functionibus disciplinæ solutos, prodire domo, vbi libitum esset, nil prohibebat; sæpè ita præueniebant, vt ægrotantium corporibus diligenter ab ipsis procuratis, nihil reliquum fieret Socijs, nisi vt vel audiendò confessiones, vel fidei docendo capita, vel adhortando ad patientiam, & alijs consuetis officijs procurarent animos. Quàm verò non leuiter, & dumtaxat in speciem nobilis iuuentus Christianis hisce laboribus, verum serio ac plenè fungeretur, vnus indicio fuit dies. Quo die cum permulti cõuenissent, neque ex ordinarijs operibus assatum cunctis esset, quod agerent; sese mutuo cohortati, & ad laborem, & ad contumaciam sensuum subigendam inigne facinus edidere. Lectos omnes moliuntur, & quidquid subter latebat sordium (latebat autem plurimum) euerunt egeruntq; angulos scrutatur omnes, sellas, arculas, abacos loco mouet; totum denique nosocomium perpurgatum ac nitidum quasi aulam Principis, aut sacram ædem relinquunt. Hac disciplina paulatim perturbacionibus domitis, delectisque ex animo fallis mortalium de honesto turpiq; opinionibus haud perperosum erat, si casus inciderent grauiores, acriusq; mordentes, moderatè eos ferre. Quin ad eò euenit, vt in cœtu adolefcencium impotentior quidam condiscipulo planè absque causa, voce irritatus leuissima, colapho genam feriret; isq; repente ad percussoris pronolatus pedes, alteram, si liberet ferire, genam promptam offerret. Infregit hæc species sodalis ferociam, & adstantes ita permouit, vt vix manus ab audaculo abstinerent, conuicio obruerent, pœnas mitterentur. At is, ad quem pertinebat iniuria, ita vt erat, demissus in poplites nihilo secius rogare obtestariq; sodales, vt conuiescerent; nihil se putare sibi factum iniuriæ. Hæc gesta publicè, & per urbem vulgata celeriter ea omnium admiratio excepit, vt coactis ad suos cœtus, quæ Capitula vocant, principis templi sacerdotibus, fuerit, qui eius mentione inducta, diceret assentientibus cæteris, gratias Deo agendas, quòd tam inigne Evangelicæ moderacionis exemplum suis temporibus edidisset. Nec illud indignum relatu, quòd duo Societatis Tirones edidere. Hi peregrinatam de

more missi, dum reuertuntur, nobili in oppido septemdecim ab Eborâ passuum millibus (quòd cautum erat regio edicto, vt, si qui firmi valentesq; mendicarent, virgis publicè cæderentur) iniecta manu dantur in vincula. Iudex diuersos, vnde, quòd, quamobrem peregrinarentur, interrogat. Illi sanctorum Patrum memores, qui grauissima declinare probra, cum facillè possent, noluerunt, non nisi quantum sat erat responsi dabant, nihil malentes, quàm palam per oppidi compita vapulare. Iudex hætere, & secum ita disferere: En ambo fidenter planeq; respondent: consentientia inter se, vnum planè atque idem loquuntur: modestia, qua respondent, vultus ac totius oris habitus probos indicat viros. At ex altera parte adolefcetes optimè constituti cur vagantur? cur mendicant. Quæ, Religio peregrinantium ei loco, vnde venire se aiunt? Quid factu pronius ad pœnam fugiendam, quàm simulare pietatem? Hoc nomine aliter segnities, & ad maleficia aditus vagis hominibus aperitur. Ad hæc e suspiciones accedebat, quòd alteri Nouitiorum nomen erat Emmanuel; ac verebatur iudex, ne Emmanuel quidam esset fur perid tempus ac latro nobilis; qui fortè ad speculandam notandamq; prædam eo habitu ausus esset de die oppidum peruagari. Itaque ergo in eam partem sententiam fert, vt virgæ expediantur. Erant eodem in oppido adolefcetes nobiles, qui ex Eborensi Academia domum reuersi optimè victos norant; ac mendicantes paulò antè per oppidum conspicati ad se perbenignè inuitant. Et illi, quoniam sibi more Nouitiorum Societatis experimenti causa missis mendicatio esset viuendum, gratijs actis, insuper ad patientiæ materiam rogauerant, ne qui essent, cuiquam proderent. Hi, vbi rumor increbuit, duos illos iuuenes, qui cultu peregrinorū per oppidum stipem quaritabant, captos esse, iam iamq; verberandos, properè domesticos vrgent, ne linant hominibus ad eò de se bene meritis talem gratiam rependi. Eos esse de Societate iuuenes. Quæ simul ac viri primarij audierunt, non pauci ad iudicem peruolant. Re iudex comperta Tirones illico euocat, blandèq; solatus ad pedes aduoluitur, ac veniam supplex precatur. Ciues certatim domū inuitant, munera mittunt, honorificè comitantur. Illi verò hisce honoribus quàm proxima ignominia propemodum ægriores, accusabant sese, quòd digni non essent habitu, qui in Christi Iesu gratiam contumeliam verberum paterentur.

Geminam omnino in pari re virtutè prompserè, Deiq; bonitatè Socij duo Conimbricæ exerti sunt. Conimbricæ Borgia, rebus Academia Eborensis cum Cardinali cõpositis, venerat, iter, quo festinabat, ad sancti Felicis intendens. Conimbricæ domesticorum precibus octo circiter dies coactus subsistere, eo spatio cum sua pariter ac cæterorum sancta latitia quater domi Socios, bisè suggestu populam allocutus est. Erat eodè tempore ibidem Prouincialis Michaël Turrianus. Quare & eius, & Franciscum primis præsentia accensa vehementer est pietas iuniorum. Humi prostrati certatim opera ardua, ad sensum aspera, ad vulgi famam vilia flagitabant. Peregrinatio

Eborensium
Patientia.

145
Bonū opus
melioris est
semè.

146
Adolefcen-
tia Christiana
na lenitas
& patientia.

147
Duorum
Tironum

148
Duorum
item Socio-
rum Conim-
bricensium
patientia.

nationes diuerſæ Socijs quadraginta iniunctæ: quas certis monitis præmunici non conſueto cultu, ſed extrariorum diſcentium habitu cum ſuo ac proximorum profectu multa perpeſſi, aucta perpetiendi plura & maiora ſiti alacres peregre. Ex his bini dum ad Virginem, quam ibi Nazarenam appellant, procul ab Conimbrica leucas circiter duodeuiginti iter habent, nocte oppreſſi inopia hoſpitij ad obuium mapale conſeſſere. Ibi dum ſuper paleis feſſa ſternunt corpora, excitatus agricola, & ſuſpicatus fures, vociferatur, teloſque conſuilito, quod Deus noluit venire ad manus, tamen multa minans, conanteſque ſatiſfacere, & humiliter comprecantes, ne vltimo illo perſugio excluderet, clamoribus obruens, nec patiens contra ſari, peracerbè exurbar. Illi, vt licuit nocturna in caligine, aliud non longè ſitū mapale ſpeculati, ad id recipiunt ſe. Iamque via moleſtiſque fatigatos prima ſopiebat quies, cum repente armati lictores ab ruſtico, qui eiecerat, locumque notarat, euocati deductique colligant, & in ius rapiunt. Tum verò fratres poſita quieſcendi cura, cum id tempus eſſe, quod toties expetiuerant, ad meliora ſibi oblatum, ad ſanctæ crucis fructus deguſtandos intelligerent, læti ſequuntur: pauciſque à iudice interrogati traduntur in carcerem; vbi reliquum noctis ingēti cum animi ſui gaudio in pſalmis ac precibus tranſegerunt; pro licitoribus, à quibus capti, proque ruſtico, qui capiēdos curauerat, tanquam pro benemeritis multum orantes. Id nimirum æumnarum atque pœnarum, quas Luſitani maximè Socij vſque in Braſiliam, & Indiam peritum eunt, rudimentum & guſtus erat. Quo de hominum genere quid ni, quod Senecus de ſancto Martino pronunciat, affirmare ſalua modeſtia fas ſit: Si Ethniciſ aratibus extitſſent, quacunquẽ libuiſſet Tyranniſ crudelitate martyrium fuiſſe facturos: Nunc, quando vera acies deerat, ea Deus velut vmbraſtili pugna animoſorum peſtorum exerebat virtutem, ſolabatur ardorem, ſubiectiſque mox blandimentis fiduciam nutrebat. Poſtero enim die interrogationibus preſſi incluſique ſe & Societatis & Collegij Conimbricentiſ alumnos profitentur eſſe; & ad fidem faciendam ipſiuſmet oppido Præfecti filios, qui in Academia Conimbricentiſ ſtuduerant, cognitores dant. Ab his cogniti extemplo honorificè dimittuntur: & cum ſerum diei iam eſſet, peſſimeque haberent, quod noctem inſomnem, diem ſeiunium peregiſſent, quite imperare amara dulcibus gaudet Deus, fecit vt ab iſtisdem adoleſcentibus, qui agnouerant, domum adducti recrearentur.

Cæterum valuit Borgiæ præſentia ad Societatem in Luſitania nouis quoque ſedibus augendam. Collegio Bracharenſi, & domicilio in vrbe Portus initium factū. Parente gloriatur Bracharenſe Collegium Bartholomæo de Martyrijs. Is etus ciuitatis Archiepiſcopus fuit, è generoſa ſancti Dominici ſobole eximitum germen, Præful omnibus Euāgelicæ ſapientiæ luminibus clarus, qui demum abdicata adminiſtratione cœnobio ſibi que ſe reddidit: cuius & opera oppidò ſalutaria duo extant: quoruū alteri Compendiū ſpiritualis doctriſnæ, alteri Stimulus Paſtorum titulus eſt:

150
Collegij
Bracharen-
ſi primor-
dia.

vnde qualem ſe ipſe Cœnobitam, qualem Paſto-rem formatiſ, eſt in promptu cognoſcere. Societatem intimè notat iam inde ex eo tempore, quo Antonio Ludouici fratris Regiſ filio notho, vnaque noſtris aliquot iuuenibus Theologiam Eboræ explicarat. Ergo vt primū deſignatus Antifiteſ eſt, ad Lainium ita ſcripſit: Se multis ab annis ſanctæ eius familiæ ſumma deuotione & dilectione deuinctum eſſe: quam procul dubio crederet calicis emiſſam ad horum miſerabiliū temporum ruinas & calamitates reparandas. Itaque cum primū adactus eſſet (verè enim adigendus ex obedientia fuit) à Præſide ſuo onus Eccleſiæ Bracharenſiſ ſubire, mentis oculos conieciſſe in Patres ſanctæ Societatiſ, tanquam in primos coadiutores ſuos in opere Domini, primaque inſtrumenta diuinæ gloriæ in partibus illiſ egentiſſimiſ. Proinde precari ne ſibi Pater in hac re velit deeſſe. Eccleſiam Bracharenſem, ſicut primatum obtinet in Luſitania, ita latitudinem regioniſ, & innumera multitudine Eccleſiarum parochialium primam eſſe: atque ad eò quàm plurimos populos in ſumma egeſtate doctri- næ & exempli, & ipſum Clei ordinem nimirum iacere. Aliquot igitur, minimum decem, aut duodecim; & ad pueros edocendos, & ad conſcientiæ nodos explicandos, & ad concionandum attribuat, donec Collegium numeris omnibus pro opibus ſuis abſoluat. Hiſ ad Lainium perſcriptiſ, ſacerdotes duos, vnum non ſacerdotem à Patribus Luſitanis impetrat, & Bracharam præmittit. Illi in xenodochium recepti tum catecheſi, quæ coactiſ vicatim tintinnabulo pueriſ, atque in princeps templum magno aduſtorum accedente numero ductiſ, quotidie habebatur (quæ res ex nouitate maiorem eo loco gratiam habuit) tum concionū frequentia, Sacramentiſ miniſtrandis, tollendiſque ſcaliſ criminibus, & maximè ſimularibus, renouarunt ciuitati memoriam earum rerum, quas olim per immenſos labores in xenodochio eodem Conſaluſi Silueria geſſerat: & vehementer Antifiteſtem perlata Oliiſſipponem fama recreauit. Qui demū (cum iam Summus Pontifex lectioniſ eius auctoriſ eſſet factuſ) vbi eſt conſecratuſ, adminiſtrationem ſui muneriſ ab luſtranda diœceſeos parte, que propter locorum aſperitatem maximè laborabat, inchoaturuſ, comitem ſecum Ignatium Azebedium cum altero Patre duxit. In ea peregrinatione ita Ignatiuſ, itemque ſociuſ priuata virtutiſ ſtudiū, publicæque ſalutiſ induſtriam intelligentiſſimo probarunt Antifiteſ, vt vbi Bracharam venit, rem Collegij maturarit. Cæterum duplex obiecta difficultaſ; altera, quod idem bonus Antifiteſ quædam exigebat, quæ vocare in pacta Societatiſ moriſ non eſt. Quæ ob rem Franciſco Borgiæ excurrendum Bracharam fuit: eoque agere quàm immo diſſimè potuit, ea mora ſublata. Altera, quod & publicum ciuitatiſ conciliū, & Canonici cum Clero cœperunt obſiſtere. Aiebat ciuitaſ quoddam ſibi iuſ eſſe, ne quàm Religioſorum hominum familiam in vrbeſ admitteret (nulla ſanè tum Brachara erat,) recepta autem Societate, ex futuro etiam diſcretum conſuſu, annonam, qua maximam partem aliunde importata vrantur, anguſti-

151

152

Diffinitio
ter in Colle-
gij Bracha-
renſi inſi-
tutione.

153

stionem & cautione fore. Que duo, si verum querimus, in contraria nihilominus valebant partem. Quippe Religiose familie ratio simul bono, simul ornamento sunt ciuitatis, vt ijs carere pena potius, quam beneficii loco numerari par sit. Et scholasticorum frequentia aduenarum haud dubio non asperat, sed magis laxat annonam. Plus enim inuehant pecunie, quam commeatuum abstinent. Canonici vero, quoniam Archiepiscopus precipua Collegij firmamenta e mensa detrahebat sua, negabant sibi fas esse de pecunia illa abalienanda assentiri; eo etiam minus, quod conferretur in homines alienos ab ipsius Archiepiscopi potestate. Per absurdum videri Bracharam, quam in ciuitatem Archiepiscopo vtraque & sacrum & humanarum rerum ditio sit, homines induci, qui extra omnem eius potestatem degant. Quod si iuuentutis institutionem expererit, si Cleri eruditionem, si ad cetera auxilium; multo id opportunius (vt ad id loci factum sit) consecurum per homines, quos ipse delegerit: ex quibus officium exigere, & pro voluntate rationem reposcere; quos ad alia atque alia adiuuere munera, & omnino versare, vt vltus ferat, demum & amandare & commutare cum melioribus integrum sit. Hec accuratis literis Canonici & Clerus Antistiti responderrunt, haud perperam differentes si perinde factu atque dicta facilia atulissent. Interim per urbem alioqui beneuolam (sed vt semel paucorum impulsu mota lingue sunt, nihil est lubricum magis) sermones feruebant in omni genere aduersus Collegium peracerbi. Tum Archiepiscopus & pacis cum suo Clero, & Collegij simul cupidus hanc iniijt viam. Publicum erat Gymnasium Brachara in auditoria quatuor partitum, adiuncta discipulorum in vltum adicula facta. Inchoata hac olim ab Archiepiscopo Iacobo Sosa Henricus frater Regis, qui postea ad Eborensem Ecclesiam transit, is de quo paulo ante narratum est, ac postremò Rex fuit, exadificarat. Successor deinde Antistes Balthasar Limpus ad conducendos in id Gymnasium Magistros illud ipsum ex mensa Antistitis sacerdotium contulerat, quod Collegio attribueret Bartholomæus meditabatur. Canonici in eam scholarum institutionem, & collationem pecunie rite consenserant: quanquam ad exitum res perducta non erat, quod visus esset Rex Ioannes veteri, nequid Academiae Conimbricensi Gymnasium nouum officeret. Id cum Bartholomæus cognouisset, hoc primum egit; vt rite Canonicoꝝ illo consensu per scribam cognito, & à Canonicis redintegrato, scholarum institutio à Balthasare cepta, tradita etiam reddituum possessione in rem conferretur: tum omnia, & scholas, & reditus in Collegium ipse transtulit, & probanda Romam ad Summum Pontificem misit. Quæ vbi gesta, continuò mira consecuta quies: & in scholas nostri paulatim introducti Magistri. Rebus his gerendis, & administrando Collegio primus Rector Ignatius Azebedius præfuit, vt gloriari Collegium possit quasi generosa origine vtroque parente, & Archiepiscopo, & primo Rectore sancto. In initio in xenodochio Socij pauci egere, mox magna per incommoda in vna scholarum, vsque dum paulatim omnia in-

154
Quomodo
superata
difficultate

155

crementum accepere, Archiepiscopo noua semper experimenta suæ promente benignitatis. Cuius ea fuit gloriæ titulorumque contemptio, ea pietas in nos, vt oblatum multis postannis ab Euerardo Generali Societatis quarto nomen & honorem fundatoris constanter repudiamerit: cum diceret velle se vacuum eum locum relinquere, vt aliquando existeret, quem ad donandum Collegio plusquam dedisset ipse, eius quoque nominis, & precationum, quæ consequuntur, spes proposita incitaret. Sed Patres & eum, & Regem Sebastianum, qui insignem accessionem Collegio fecit, tradito monasterio sancti Petri de Roriz, omnibus fundatorum (excepto quod cereum non tradunt) honoribus prosequuntur.

Domus in vrbe Portus ab ipso Borgia cepta est. Nam Conimbrica iter persecutus, dum per eam urbem transit, cum ad pauperem hospitalium domum diuertisset, continuò & nobilitas, & Episcopus ipse Rodericus Pinerius ad se tracturus accurrunt. Quippe iam diu notus erat nò antiquæ magis splendore nobilitatis, & munere quod in Societate gerebat, quam celebri fama sanctitatis, quam coram auxilium hospitij delectu, tum cetera submissione. Nam vbi ad se venientem Episcopum vidit, prostratus repente humi eius benedictionem expectans eo habitu perseverauit, vt omnes admiratione completeret. Itaque coactus post die concionari eiusdem Episcopi, & cunctæ ciuitatis studijs secundissimis auditis est. Ille secundum concionem eodem die discessit, ad S. Felicis properans, quam primum optata solitudine, sancto quoque otio fructurus. Est ea Conimbricensis Collegij Abbatia. Decimo octauo Kalendas Iunias peruenit. Reperit domum ad curas leuandas, corporis quoque & animi rescindendas vires e sententia factam. Non deerat interim, in quo Marthæ munia exerceretur. Namque Gallici proxima gens, quæ rerum diuinarum penuria dudum miserandum in modum laborabat, vberè suggererat caritati materiam. Secum adduxerat Bartholomæum Bustamantium, Petrum Saauedram, & aliquor præterea Socios. Cum his & meditationi rerum celestium vacabat, & varias in partes ad iuuandos digressus accolas, quanquam labores subibat maximos, tamen, quia ab anilis profanisque negotijs aberat, videbatur sibi quiete iucundissima frui. Interim Portuenses, quibus consuetudo Patris Francisci obiter degustata desiderium Societatis exaceruat, spem ex vicinitate ingrediuntur veteribus suis potiundi voris. Nam ex quo tempore egregium quemdam ad Christianam virtutem progressum concionibus Patris Francisci Strada fecerant, quod fructus ille perpetuus fieret, perpetuum tradendi apud se nostros Sodalibus domicilium cogitationem susceperant. Jam tum oblato situ literas ea de re ad Ioannem Regem dedere, & quoddam vestigal, de quo ciuitati cum Rege liserat, suo iure cedentes, idemque; vt Rex faceret rogantes, alendæ familiæ destinant. Nec per quemquæ stetit quo minus ad exitum perduceretur, nisi per inopiam eorum, qui noua in coloniam mitterentur. Res igitur dilata eo tempore est. Sed parit abfuit, quin penitus eam nimum studium

156
Domicilium in vrbe Portus inchoatur.

157

158
Henrici
Gouez viri
151.

studium Henrici Gouez dissolueret. Vir ad pietatem suapte sponte factus erat Henricus, ingenio acri proboque: qui vbi Strada verbis & consuetudine excultus incensufque est, ita ferid ad virtutem animum induxit, vt cuncta ciuitati & actione vite, & sedulitate opere assidue acres ad moueret stimulos. Ille pauperibus vel de suo, vel corrogata stipe praesidio esse; idem reconciliare dissidentes; idem ad recte facta, ac nominatim ad Sacramentorum frequentem usurpationem in loco omnes hortari: in omnia demum, quae licebat, caritatis munera sese dare. Huius vero Ordinis credibile non est quam esset studiosus; quam ei sese ac sua tradere peoptaret omnia. Cuius voti magna tandem ex parte Deus compositum fecit. Nam & liberos tres, & suam domum ei dedit: & ipse cum suborta pestilentia in aegrotantium seruitio contagione infectus obiit, iam erat in numerum Sociorum receptus, felicissima parens familiae, qui liberorum tres feminas in monasterio Religionis soleniter professas, numeroque eodem mares in Societate cooptatos reliquit, & coniugem ipsam monasterium meditantem. Is igitur, dum, quamuis dilata res esset, in concilio publico virget, vt assignetur adiuu situs, & domicilium quamprimum ademeretur, sedulitate concitauit inuidiam. Iamque solenne carmen per vulgi crepitabat ora: Haud frustra Patres noluisse vtero aduocatos venire, scilicet adiecisse oculos ad ciuium bona: praemia expetere ampliora: quin vbi venerint, nec suas ciuibus fortunas, nec sobolem relicturos. Meruentes ne praeda interuertatur, subnullo Henrico moliri & concitare omnia. Quid multa? Perstantibus agitanti- busque iniquorum quibusdam inuidiae faces, incendium magnum exarsit. Quod Henricus animaduertens, suamque inculans inscitiam, optima sibi conscius mentis in concilio publico palam, vt re vera erat, profiteretur atque testatur, quaecunque egisset, ea ab se ignaris omnino Patribus suamet sponte, suoque consilio gesta, quod plane ita sentiret esse re publica esse. Quin etiam, quamuis omnia ciues parassent, haud tamen se scire, num Patres alias vrbes, ad quas certatim plurimas aduocabantur, posthabituri essent, vt Portum venirent. Haec ita ingenuè libereque & acriter egit, vt flammam aduersam magna ex parte restinxerit. Haud multo post hunc le datum tumultum, ea Borgia transit: post cuius discessum, dum calent animi, rem perurgere Henricus insistens, ciues & Episcopum stimulat, vt a Francisco Sociorum aliquot flagitent: atque ad veteres abigendos timores, non Collegium, sed domum Professorum suadet petere. Ita nec liberos amittendi per doctrinae usum, cum minimè doceant; nec rem, cum vectigalibus certis Professorum domus vt nequeant, metum fore. Non difficile id Henricus ciuitati, Francisco ciuitas persuasit. Michaëli Turriano Prouinciali, eiusque consiliarijs, nec nona suscipi domicilia, cum praesertim Bracharense Collegium tempore eodem susceperetur, prouincia ab operarijs male constituta; multoque minus domum Professorum id temporis in vrbe Portus placebat statui. Sed Borgia

160
Borgia stu-
dium maxi-

sanctae paupertatis mirus amator cum multis modis eam urbem diligeret, ac peridoneam ad

ferendos diuinae gloriae fructus vberimos iudicaret; hoc postulata ciuium audiebat libentius, quod pauperem postulabat domum. Quare cum fecisset ei potestatem Praepositus Generalis vt sedem sibi, vbi arideret, ad suum sensum deligeret, ita ad eum scribit; summam votorum iam diu esse cum Euangelica paupertate arctissime copulari; neque in Collegijs, sed in paupere domo vitam absolueret. Romae atque Olisippone esse quidem pauperes domos, sed pariter curias esse: prope quas si degat, humanorum turba strepituque negotiorum carere non queat. Igitur fieret in vrbe Portus sancta dotatam paupertate domunculam poni, quam suarum curarum requiem, quam fellae aetatis solarium haberet: cuius in gremio supremum spiritum exhalaret. His datis litteris vna cum Socijs Portum se refert. Gouea in alteram nouae familiae cedit. Hic vero Borgia adornato facello (in quo die sancti Laurentij primum Sacrum ipse fecit, & diuinitissimum Sacramentum collocauit) velut in aetatem & valitudinem integram reuolutus, adoritur fractas vires per omnia ferè vegeti robustique operarij versare munera. Concionabatur frequentissimè: gaudebat ad caelestem accedentibus mensam diuinum panem impertiri: vbi consueuerat sanctissimum Christi Domini corpus manu sustinere aliquid interfari appositè ad permouendum. Inuisebat & solabatur aegrotos: paucos coponebat: circuibat cum aere tinnulo ea dignitate & aetate vitias vrbes: rudelque; ac pueros ad Christianam institutionem congregabat in aream Ecclesiae principis. Nam cum puero rum bina (vt putabatur) milia, eo que amplius, aliorumque promiscuae multitudinis innumeri conuenirent, templum haud facile capiebat. Quae opera cum ab rerum caelestium meditatione quaternarum horarum, quas ei studio quotidie dabat, intimaque cum Deo coniunctione ac perpetuo quasi ieiunio emanarent, Borgiae pro laxamento, proximis saluberri- ma erant. Haec autem vbi Episcopus ac ciues viderunt, longè eos alia ac prius cogitatio subijt. Cum enim reformari passim mores ac reliqua omnia bellè viderent procedere, animaduertent vnam adhuc & maximam ad statum ciuitatis optime peramanterque componendam deesse praesidium, scholas & gymnasia: in quibus tenera aetas litteris & moribus formaretur. Quin igitur quandoquidem aduocatur erant homines Societatis, totum quam partem mallet: & Collegiū, in quo omnia haberent, ordirentur? An filios ne perderent? An ne facultates? Enimvero rem Christiana trutina ponderantibus, sic ea perdere non esse aliud, quam in vitam aeternam custodire. Cauere, ne filij Religiosi fiant, non esse filios cōseruare, quos tam multi casus eripiunt, sed bonum eis maximum & honestissimum inuidere. Deterius ne igitur ciuitati erit, si cunctam iuuentutem recte institutam, & aliquot praeterea suis è ciuibus, quasi in caelestis aulae Regis gratiosos habeat, quam si per negligentiam parentū peior auis Deo inuisa stirps adolescat, olim progeniem datura vitiosam? Quid porro ijs agatur, quos amittet? Circuibunt sine dubio, vt reliqui eius Ordinis, orbem terrarum bene de omnibus merentes: la-
tiusque

161
Eiusdem
laboriosa
caritas.

162
Portus se
iam Colle-
gium ma-
lunt, quam
Professorum
domum.

eiusque, quamuis non id agunt, nomen patriæ propagabunt, quàm si paternoin nido consensuissent; nec, quia apud ceteros valebunt auctoritate, si vsus patriæ incidat, eam illi negabunt. Impendij verò quò plus ab Collegio, quàm ab domo ciuibus imminere: Nam & ijs, qui domum Professorum incolent, ad alenda & tegenda corpora necesse erit suppeditare: præter quæ Collegia nihil postulent. Nam quòd hæc vctigalibus certis vtantur, id quidem non magis ad Collegiorum, quàm ciuitatis quietem spectare, semel dando, quòd fuisset quotidie suggerendum: in quo vel publica, vel priuata cuiuspiam liberalitas curam omnium semel exonerare possit. Verùm enimvero, quanti recta filiorum disciplina emenda sit? Vt nihil satis patrimonij est comparatum, cui bona institutio denegata sit: ita qui probè sit institutus, habere in eruditione atque doctrina luculentam, iuxtaque honestam ac tutam hereditatem. Postremò laicis Magistris nonne persoluendam esse mercedem, multoque vberiore? vt qui non modò necessarijs vitæ in præsens contenti sunt, sed etiam quæ sibi suisque lucra seponant, quantur? Hæc secum, & suo marito, & Gouea submonente agitantes, iam Collegium domui præoptabant: quo & Borgia quoque plurimum gaudebat, quòd id videri potius Michaëli Turriano, & Romanis Patribus iam cognouerat. Hic autem Borgia ex illapsu in verticem grauis vctis ingenti perfunctus periculo, & propè, vt ipse ait, miraculo seruatus dum caelestibus delicijs totum animum penitus aperit, ignorabat, quid Deus de se interim moliretur, quantumque sibi adhuc maiore in theatro pro communi Ecclesiæ bono exhaustiendum superesset laborum. Sed quid inde sanctam virum abstraxerit, non ita post multa commemorabo, cum ceterarum Hispaniæ prouinciarum status exposuerit.

Aragonia, quem vnice carum habebat, virum strenuum ac Societatis amantissimum Baptistam Barmam Prouincialem amisit. Is Compluti, vnde oriundus erat, in Societatem anno m. d. xlix. cum è Theologorum fuisset Collegio, ac Theologiam Conchæ Franciscanis Religiosis explicasset, cooptatus; continuoque ad Gandiense Collegiū missus, ibi & Doctoris ornatus est laurea, & Theologiam aliquot annos docuit. Pietatis fuisse proditor modestieque tam raræ, vt aspicientes earum amore virtutum quodammodo afflaret. Quæ præcipuè res Borgia etiamnum Ducis personam gerenti mirè amabile reddidit. Itaque eum rerum Theologicarum magistrum aliquam diu habuit: & cum anno sæculi quinquagesimo abijt Romam, eidem filios commendauit. Anno autem quinquagesimo quarto iam Commissarius in Hispania Generalis Murciam ad ponendum ibi Collegium misit; quòd idem primus administravit. Deinde cum pro Francisco Strada Aragoniam prouinciam aliquam diu rexisset, & ad generalem conuentum Romam venisset, factus est ipse Prouincialis. Hoc demum anno cum ad res Murciani Collegij, quæ subirato fundatore vehementer lababatur, humanitas se Murciam retulisset, quòd & à fundatore, & à cuncta ciuitate permagni fiebat; in eo Collegio v. Nonas Maias, quo die S. crucis inuentio

honoratur, ad crucis perseruenda præmia lætissimus ipse, in cælestissima ciuitate decessit. Bonus erat voce, sed melior manu, vnde voci pòdus. Prudenter cauebat, ne temere fidem haberet quorundam hominum honorum & credulorum zelo, qui de alienis moribus concionatores cupidius, quàm prudentius edocètes sapè eos in præcipitè locum adducunt: monebatque Socios vt id ipsum cauerent; ne nisi publica sacris è rostris plancque comperta attingerent. Similibus vtatur aptissimis. Quorum illud est celebre. Quemadmodum equites viatores penulà pro fellæ crepidine priore complicatam gestant, si que imber incidat, explicant; & humeris circumdant: statim verò vt desijt imber, complicant rursus, & inuolutam reponunt: ita quosdam Deo quasi penula vti. Numquam eius meminisse nisi turbida tempestate: tum ad eum confugere, tum eius se ymbra patrocinioque submittere: mox vbi serenum affulserit, amouere penulam, pietatem ac Deum seponere.

Porro Carthaginensis Antistes Murciani fundator Collegij, ad quem placandum Barma venerat, duo præcipuè molestè ferebat. Vnum, quòd post pestilentiam restitutus integer Collegio operarum numerus non esset: alterum, quòd quæ Collegio ipse donarat, Lainius cunctaretur rata habere. Sed hæc ideo Lainius lentius recipiebat, quia longè plus bonus Antistes poscebat, quàm daret: conditionesque adijciebat, quas nec institutum Societatis; nec is, quem assignabat, reditus tolerabat. Operarum verò cum egregios & multos publica eripuisset, quæ urbem quoque desolauerat, pestilentia clades, & Socij ipsi non multi in plurima quotidie spargendi loca essent, nondum potuerat Murciam supplementum integrum mitti. Quæ res Episcopo sui gregis commoda vehementer curanti, magisque quidecessent, consideranti, quàm ibidem pro sui populi salute extinctos; ita videbatur acerba, vt ceptum omittere, dirimere acta cogitaret. Mortuo Barma Iacobum Mironè, qui interim, dum nouus à Generali Prouincialis creetur, prouinciæ præsit, & Murciam rem curet, cum eum quoque Antistes amaret, Borgia è Lusitania mittit: litteras simul modestissimas ad ipsum Antistitem adijcit: & quos veller operarios, in maximis licet angustijs liberaliter pollicetur. Itaque Magistri ad docendum optimi accersuntur, Franciscus Strada ad concionandum, viri impigri ad excursionem. Collegiū (quòd item Episcopus cupiebat) ad Castellam prouinciam transfertur: ac denique tabulas constituti Collegij rite confectas probatasque Roma Lainius mittit. Quibus obsequijs Antistes Almeida non placatus modò, sed etiam captus est, vt de reditu amplificando ipsum quoque, ne vinceeretur officijs, cogitatio subiret. Continuo per Diocesium, quæ late patet, duo sacerdotum excurrere iussi. Horum alter Iacobus Suarius fuit, qui per eas oras Apostolidein nomen ex merito inuenit. Is Compluti Societate inita anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto; & Valentiam subinde missus præ virtutis maturitate etiamnum Tiro, necdum sacerdos Tironibus instituendis præfectus est. Plerumque noctis transigebat orans: & interdum

165
Collegium
Murciani
confirmatur,
& ad prouinciam
Castellam
transfertur.

166

167
Iacobi Suario
excellens
virtus.

164
Patriæ Bar-
mae virtus.

interdium species velut perpetuò orantis erat. Mirè attèta sui ac nominatim linguæ custodia: quâ obrem statim vt ab consuētis secundùm cibum remissionibus recederet, in eas diligenter inquirebat. Pater, cum indignissimè eum tulisset Religiosum factum, Complurumque aduolasset (ex Corua oppido prope Tolerum erat) in Collegiũ receptus, facta alloquendi filij copia per totam noctem frustra fatigauit. Inde & Valentiam secutus, cum fortè in principe templo offendisset, strictum ferrum pectori confosurus, nisi se sequeretur, admouit. Continuo fit concursus turbæ, quæ in templo erat. Quam cum Iacobus sedasset edoctam quid rei esset, parentem ipsum ad Collegium deduxit haud paucis è populo sequentibus. Ibi eum apta oratione adortus ita placauit, vt postea missum iam Cæsaraugustam filium item tenuerit, ceterum non negotij facessendi causa, sed vt eum, quem ex concionibus & sanctitate celebrem audiebat, coram veneretur. Cæsaraugustæ Suarius prima posuit rudimenta Apostolicarum per pagos & oppida expeditionum comes ab Inquilitore Ceruante, qui post fuit Cardinalis, circumductus. Sed circa Murciam deinde totam latè diuque explicauit industriam. Qui mirè extollens eiusmodi peregrinationum commoditates, aiebat vehementer se ipsum ad agendum dicendumque acriter & ex animo solitum in ijs commoueri. Quippe vbi populos veluti oues sine pastore præignoratione rerum Christiano cognoscendarum errantes, deque æterna salute penelitantes circa sese aspiceret, eosdemque simpliciter, audè, ore hianti, quæ audient arripientes; mollescere sibi præcordia, serioque inde ac verè agenti verba affluere viua, vibrantisque & quasi acuta tela valido contorta brachio, exire sententias: quæ vt ex commoto dicentis erumperent animo, ita ad animos auditorum peruaderent, cum contra eueniat in vrbibus, vbi fastidium ac fatieras audientium frigidiorè reddidissent. Vnde fit, vt, cum is non tam ex animi commoti affectu, quam ex arte ingenioque loquatur, aures potius concionis tictilet, & ingenij pascat, quam feriat corda, capiat voluntates. Populos verò ipsos multa magnopere commouebant, nouitas ipsa raliu expeditionu, præter morem ad sacra concursus, puerorum concinentium voces, vt dicerent videri sibi quamdam nascentis Ecclesiæ speciem representari; Patrum non modò acres exhortationes, sed suauitas, benignitasque; & dulcissima consuetudo, & omnis ratio religiosissime vitæ. Mirabantur quòd sine commodi, aut impendij sui cura ad sese venissent, pedibus longas irent redirentque vias, dona respicerent, in publico pauperum diuersarentur hospitio. Quamquam hæc duo postrema ferre non poterant, clamantes dignitatem suam agi, ne concionatorem viuere mendicatio, & in xenodochio hospitari paterentur. Inuentique sunt, qui absentibus & incijs Patribus illa ipsa pauperum diuersoria, quam habuere in sua tenuitate, veste optima adornarent, & rerum vitæ vtilium vim ingentem inferrent: quæ sunt omnes in pauperes distributæ. Præter communia, quæ solent in Missionibus curari, Suarius operam præcipuè dabat, vt Soda-

litates duas induceret Rosarij ac Nominis Iesu; nec fermè reliquus vsquam fiebat quisquam mulierum aut virorum, qui non daret in vtramque nomen. Rosarium aptissimum populo inuentum existimabat ad pietatem aduersus cæli Reginam, per quam omnia è cælo ad homines dona manât, ^{Suarj in dapsia.} excitandam. Sodalitatem verò sanctissimi Iesu nominis necessariam & vtilem ducebat ad tollendam propriè seminarum ex ore execrandi detestandique, & diris ac damoni deuouendi consuetudinem: viros autem à verbis impijs, temereque iurandi more arcendos. Et ijs quidem, qui quid tale peccarent, multa erat imposita: qui verò audirent, ijs lege erat præceptum, vt peccantes amicè corripere. Quæ cum bona fide gens simplex exequeretur, mira vbi que emendatio sequebatur. Erat Suarius totus frugifer, totus ad faciendum semen tenentis. Nouembriam mensè cum productiores noctes otiosis colloctionibus inter mortales tenentur, cum à cæna salutatum eum multi conuenirent, quos reijcere sine offensione interdum minus licebat, hanc præ cæteris rationem inuenit, per quam officiosas fabulas in lacrum uerteret pietatis. Proponebat in medium, vt quisque confidentium, ita vt ordine constiterant, initio hinc modò, aliàs inde ducto, tria faceret; primùm, beneficium aliquod, quod accepisset à Deo, commemoraret: deinde, nouum aliquod ab eo beneficium posceret: postremò, aliquid ipse in diuinæ Maiestatis honorem offerret. Res erat sanctissimæ plena iucunditatis cernere quo studio ac sensu antiquæ bonitatis homines ea facerent. Multi, vbi ad ipsos ordine ventum erat, non caput solum aperiebant, sed etiam flebant medio in confectu genua, iunctisque manibus candore animi amabilissimo, & deuotione mirabili quidquid succurreret, expromebant; nec pauci per bonas sanè res in medium afferebant. Rebus hunc in modum Murciani Collegij stabilitis, ipsoque, vt dixi, Castellæ adiuncto, Aragoniæ ab Lainio Præpositus est Antonius Cordesius, qui post Franciscum Stradam, & Baptistam Barmam tertius eam prouinciam procurauit.

In prouincia Castella Bellimarense natu Collegium. Benedictus Vgnacionus genere Florentinus, ortus in Hispania Burgis, vir fuit pietate, literis, prudentia, & apud viros Principes gratia nobilis, ac postremis temporibus Burgensis Ecclesiæ Canonicus. Is anno M. D. XI. cum in Lusitania esset, quo tempore primi eò Patres Xauerius ac Rodericus peruenerunt, statim ad singularia probitatis exempla, quæ duo Religiosi edebant, oculos aduertit: cumque in eorum se familiaritatem dedisset, primus fuit, qui magno cum animi sui gaudio ac fructu sub Roderico spiritu exerceret; qui; Ioannè Regem admoneret, vt animaduerteteret, num satius foret tales viros ad aula regis ac regni totius corrigendos mores, in Lusitania retinere, quam virtutem ac solertiam tantam ad barbaras ablegare gentes. Vnde postea mediam consilij viam secutus Rex; & Patrum retentus vnus, alter est missus. Ex eo tempore diligere ac magnificare Societatem Benedictus cepit. Burgolque regressus domiciliu Collegio proprium in ea vrbe primus coëmit. Sed hoc cum Francisco Mendozæ

168

169
Missionum
per pagos &
oppida vril
litate.

171
Antoni
Cordesius
tertius A.
ragonie
Prouincia
li.

172
Bellimari.
sij Collegij
origo.

170

Mendozae

Mendoza Cardinali, Præfultique Burgenſi curæ eſſet, ad nouum ipſe inchoandum opus tranſtulit curam. Eſt Bellimar pagus minus leuca procul Burgis, loco ſalubri & ameno, multis hinc atque hinc alijs hand lōgè ſitis circumdatus pagis. Huc Benedictus cum ſui colligendi cauſa quondam ſeceſſiſſet, miſeram agreſtium turbam rerum Chriſtianarum inſectia, & bonorum inopia exemplorum de ſalute anime æterna periclitantem miſeratus; tein ſe plurimis mortalibus ſaluberrimam, pergratam Deo facturum exiſtimauit, ſi domicilium ibi conderet, vbi aliquot de Societate ijs populis per dicta factaque erudiendis exercerentur. Adificij parte abſoluta, cohiberi nequirit quin incolæ ſtatim acciret, aliquid tuiti, & certam in ſingulis mentes pecuniam (quam quamdiu vixit, dedit) ad vitæ ſubſidia ſubminiſtrante Archiepiſcopo. Profeſſi ſunt ſub huius initium anni cum laicis tribus duo ſacerdotes Balchafar Quadatus, & Ioannes Baptiſta Segura, qui fuit Rector. Collegio ab dicata Virgini patienti ad e nomen inditum Bethleem. Gratium eum cæli Regina locum eſſe inde multi, & nominatim Archiepiſcopus, qui miraculum deprædicabat, augurati ſunt, quòd plauſtro materia ad adificationem eius domus onuſto ſupra infantem puellam per imprudentiam actò, cum puella pater in ipſo diſcrimine re animaduerſa exanimatus, Deiparæ, in cuius honorè opus faciebat, filiam commendafſet, tenerum infantis corpus ſeculum tam immani preſſum pòdere nihil vlla ex parte læſum eſt. Patrum eo loco fixarumque occupationes hæc ferme erant. Diſtribuebant inter ſe pagos, ad quos diebus profeſſis à prandio cum tintinnabulo profeſſi, pueros ac ſi qui erāt otioſi, coactos fidei elementa edocebant, domum ſe veſperi referentes. Præcipua cura in pagis eò ſingulis incumbebant, vt moderate, obſeruantia, omnique genere Chriſtiani officij ſacrorum Paſtorum animos demererentur. Quos vbi conciliaſſent, inducebant, vt perpetuandam ipſi catecheſim ſuſciperent. Quod ſi ſuccederet, ad alios ipſi ſe pagos tranſferebant. At Dominicis, catechiſq; feriatis diebus ſinguli ſacerdotes cum ſocio aliquid ſecum panis duntaxat ac fructuum, vnde ieiunium ſolueretur, geſtantes prima luce domo egreſſi alij alios ſeparatim trēs aut quatuor adibant pagos: totumq; diem circumeuntes concionando, audiendis confeſſionibus, docendo conſumebāt, tam proſpero euentu, vt Vgucioni animus præ lætitia exultaret: nec ſatis admirari poſſet inter agreſtes validos præſertim iuuenes, qui cum totiantè amatorijs deliramentis, ludis, & ineptijs profanis dediti eſſent, iam quaſi noui homines frequentiffimè ſancta myſteria vſurpabant, & Chriſtianam innocentiam & caſtimoniam verbis & actionibus teſtabantur. Paſtores quoque exemplis & ſubmiſſione Patrum delimiti opus ſedulò promouebant: adeò vt, cum prius, ſiqui crebrius quam ſemel in anno, eluere noxas confeſſione vellent; cõfeſſarium non inueniret; iam eſſent, qui ſecundum Patris concionè ſublata voce populum inuitarent, profitentes libenter ſe autem, quicumque accederent, præbiteros. Hoc felici progreſſu Archiepiſcopus quoque ſummè lætus cum diuiceſim luſtratis inci-

Hiſt. Societ. Jeſu Tom. 2.

diſſet in nobilem S. crucis Domini particulam ex ea parte, quam, vt fide dignis conſtabat monumentis, D. Toribus Hieroſolymis in Hiſpaniam tulit, ea Bellimarenſe templum ornandum putauit. Delata eſt pompa & ſupplicatione ſolèni. Veſpera eius diei Socij noua pietate incenſi ante ſacrum pignus congregati perditū orant, ac renouant vora. Dein ad gratiarum actionem Religioſorum quoque aliorum adiungere opem. Ex omnibus, qui circa ſunt, Ordinibus adſuere. Benedictinus Abbas cerimonia magna ſacrificauit cingentibus latera Diacono Subdiaconoq; Dominicanis. Concionem inſignis Auguſtinianus Archiepiſcopo familiaris habuit finitimorum populorum numeroſo conuentu.

Minoribus principijs tanto olim mains futurum Madritanum Collegium ortum eſt. Tum ciuitatis ipſius, tum etiam ſua cauſa expetebāt in ea vrbe domicilium Patres: quod, cum Philippum eò regiam tranſlaturum cognouiſſent, ad varia, quæ vſus fert, tractanda apud eum negotia, perappoſitum præuidebant fore. Initium Collegij fuit domus, eaque non ampla, quam Eleonora, Maſcarenia pro inſigni ſua erga Societate pietate ad hæc rem emtram donauit. Primus et Collegio præfuit Odoardus Pereira Luſitanus inter honorarios olim Eleonora ephebos educatus. Nulla initio ſchola, nulla res familiaris, ædicula ſacra perpūſilla fuit: ſed Deus propitijs, & Procerum benignitas induſtria Parrum fauens, molem, quæ hodie ſpectatur, paulatim effecit.

Cæterum dum oritur Madritanum, adultum iam Granatenſe Collegium in Bætica cum alia, tum aduerſus calamitoſos planè memoratu digna hoc anno geſſit. Erat Granatæ præ cæteris noſocomium celebre, quod ab ſe inſtitutum Ioannes cognomero Dei, inclutus ſanctimonia vir, tollatitia piorum ſtiſpe hoc tempore ſuſtinebat. Huchomines de Societate ad ægros allocutione manuq; iuuandòs frequenter commeabāt. Nul lum quamuis laborioſum, vulgoq; fordidum, atque inamabile miniſteriū præteribat caritas. Rectoris Ioannis Plaza, & Ioannis Baptiſta Sancij concionatoris eminebat feruor. Hæc ciues facta conſpicati Chriſtianiſ digna peccatoribus emulatione accenſi ex omnibus ordinibus ad eadem obeunda munera quàm plurimi confluxere. Videre erat illuſtribus & actoribus & ſpectatoribus reſertum noſocomium ſui ſexus inſirmis ſeroriſi viris ac feminis pari ſtudio ſeruentibus. Prætor, Senatores, Equites aurati, tum è Clero Canonici, & honoratiſſimi quique, Theologiæ quoque, & diuini humaniq; iuris Doctores, alijque ciues opibus & genere ſpectandi prandium ægris apponebant aperto capite: & genu quidam flexo prius exoſculantes pongebāt patinas: materna ſedulitate in os grauius laborantiū inferabant ipſimet cibos: quin etiam ſudariolīs moleſtias muſcarū abigere, ſolum euertere, ſordidiora euacuare vafa, fodere ligonibus ſepulchra, deferre atque humare cadauera non graue, non vile erat, vt læta eſſe præter morem ac regina pietas videretur ſerico auroque nitentibus adminiſtris. Quæ reſ ſermonibus hominū celebrata cum indies plures vel eiufdem amulatores decoris, vel operis ſpectatores alliceret; Ioan. Baptiſta occa-

N

ſiſtenti

175
S. crucis
particula in
Bellimarenſi
ad reposita.

176
Madritani
Collegij
initia.

177
Præclaræ
miſericordiæ
operâ
Granatæ.

173
Mira res in
adificatione
tam.

174
Bellimarenſium
Patrum
exercitatione.

178
Baptista
Sancij offi-
caciſſima
concionas.

ſionem arripiens tempeſtiuos adhibebat adhortationū aculeos. Promiſcuam ſpectatorum coronam (nam inter agros miniſtrantium, venientiū & abeuntium obturbabat ſtepirus) in impluviū ſatis amplum ſeuocabat; ibique ad artētos verba faciebat, tanto efficaciōra, quāto propiora erant exempla. Fuit cum miſericordiæ operibus laudatis, eiufque noſocomij anguſtijs expoſitis, Equidem, ſubiecit, rarò tam dignū miſeratione Chriſtiana concioni caſum propoſui: cumque ſimilè olim exponerem, eodem loco certatim non aurum argentumq; modò, ſed etiam detractas ſibi obrulerūt veſtes. Num igitur tam generoſa mente promptaque adeò caritate Chriſtianus hic vir erit, qui nobile illud facinus imiteret? doceatque noſtris quoq; temporibus & Granatæ ſi non patrem, at ſimilem magni illius Martini virtuti videre pietatem? Vix ea dixerat, cum proſiſit in medium ditior ab animo, quā ab re ſacerdos; optimūque, quo tegebatur pallium, cuius pretium vix cætera, quæ poſſidebat omnia, adæquabant, ad Patris abiecit pedes. Ex eo initio, velut dato ſigno alius ſubito ſuper alium vel eminus iacentes, vel per turbam ipſimet mediam irumpentes in eundem cumulum pecuniam, anulos, pallia, ſaga, thoraces, aliaque veſtium genera, quæ exuebant coram oranibus, alacritate & certamine inter ſe mitò congerere. Nec finis eſt factus, quoad acernum iam oppidò magnū conſpiciens, & feruorem temperandum concionator ratus, ſat eſſe pronunciauit. Non pauciora Chriſti Natali die collata. Quæſiuit præco miſericus ex concione, cum puer Ieſus ſemer illis traderet, quid rependi illiæ quum cenſerent? Adiecitq; inde eorum animos erga Deum puerū cognitum iri, ſi etiā nunc iacere nudum & algere patēretur, vel miſericordia ducti fouerent, opererent. Nudum eſſe & algere in pauperibus Chriſtum. Quod vni ex miſericis eius famulis feciſſent, illi facturos. Secundū quæ verba nemo rei vel cariſſimæ parcere: nemo ex præſenti copia non conferte quā plurimum. Nonnulli etiam ſic accenſi pietate ſunt, ita Chriſtum in pauperibus agnoſcere ac venerari cœperunt, vt mendicis, quos obuios per vr̄bis quamuis celebres vicos haberēt, cum ſupem vltro porrexiſſent, in genua proſtrati pedes oſcularentur. Nec illud omitendum eſt, quòd, cum Ioan. Baptiſta inter concionandū alio tempore magnam noſocomio diceret ſindonum penuriam eſſe; aliquot viri boni conſeſtim media è concione digreſſi, raptimq; reuerſi domum humeris impositas ſindones ipſimet ad Patrem etiamnum concionantem deportarunt. Eiuſdem Ioan. Baptiſta incitati concionibus duo honeſti opifices dedere ſe colligendis congregandiſque vnum in contubernium adoleſcentulis vagis ac perditis: quorū inſtitutio ea demum ſolet eſſe, ad peſſima quæq; conſueſcere, ad ludendum, furandum, peierandum. Hoſ probus ſacerdos ſuſceptos in diſciplinam, fulciſque tuniculis indutos cœpit per vr̄bem Beatorum ſolenni carmine cientes nomina, & ad funera ornanda circumducere: cumq; maturum videbatur, varijs curabat artiſicijs imbuēdos, nec non litteris, ſiqui ad eam rem naturam præ ſe ferrent. Gratiſſimū id procurationis genus

179

accidit ciuitati: magna enim ex parte, & in præſens, & in futurum tempus eius eſt exhaaſta ſentina; deque maleficiorum ſeminibus ſeminarium conſtitutum eſt probitatis. Ex his rebus pronum intellectu eſt quanta vulgo de Ioan. Baptiſta exillimatio eſſet: neque ea ex vano erat, vt qui promprior manu quā lingua faceret grandiora quæ loqueretur. Inter quatuorvotorū Profeſſos adſcriptus hoc anno eſt: eoque die Petrus Guetorius Archiepiſcopus oratoris munere vltro ſibi aſſumpto, multa de Societate dixit; præterque alia, à fructibus eam debere cognoſci. Nam inter argumenta ſanctitatis Ioannis Baptiſtæ Domini Præcurſoris eſſe, quòd ad eum plurimi conuenirent confitentes peccata ſua, penitentiam agentes, poſtulantibus baptiſmū: vbi ſimiles cernerentur fructus, non eſſe diſſimiliter de arboribus iudicandum. Inter hæc ceptum ſuperiore anno in Albaizino opus ita ſucecebat proſperè, vt vulgò dolerent homines non multis antè inſtitutum annis. Pueri iam ad quingentos erudiebantur, Maurici fermè omnes, vnaq; mirum in modum conciliabantur parentes. Dum pulcherimè florent Granatæ ſtudia pietatis, edidit & documentum Deus, quo quā cara pudicitia ſibi ſit clementer oſtendit. Puella perueniſtum cariophylorum faſciculum ab amatore miſſum in vaſculū aqua plenum indidit. Inde rem conſeſſario indicauit, quòd quamuis à flagitio ipſa quidem abhorretet, tamen vbi ſe ad orandum recepiſſet, diabolus menti faſciculum ingerebat. Iuſſit ille protinus latentè haud dubiè inter flores anguem tartareum, patremq; turpitudinis floribus abiectis abigere. Puella obediturā ſe ait: ſed vbi domum reuertit, viam floſculorum purpuram inſpiciens, ea venuſtate ac blanditijs capta adultam vſque in noctem ſecum alternauit curas, abiecerit, an retineret; & tandem nihil effecit. Poſtridie ſub auroram vbi ſurrexit, nulla prior mentem, quā florum cogitatio ſubijt: ad quos conueſtis oculis ita aridos ſædoſque videt, vt igne peruſti viderentur. Tum verò ſtupens, ac mente conſuſa, languorem damnat ſuum, ſtatuitque poſthac quamlibet citius ſubire lanienam, quā vel leuiter Deum lædere, vel additum ad tentandum diabolo aperire, miſericordiam Dei admirans, qua lenocinantem illam floſculorum illecebram extinxerat, vt ſibi pudicitia ſoſ integer permaneret.

Felices hi progreſſus in Batica ortum bonam partem ducebant è ſolida Buſtamantij Prouincialis diſciplina. Sed æternus bonorum hoſtis Satan, qui, vbi aperta non ſuccedit iruptio, tranſfigurat ſe in Angelum lucis, proſperum adeò domitoris que rerum curſum non ferens, odioſum redde re primarijs ſue prouinciæ Patribus Buſtamantium conabatur, quaſi vltro modum ſeuerè ageret, ac Monachorum ritus in Societatem induceret. adeoque rumor hic increbuerat, vt ad quærimonias declinandas fugiſſe cum Borgia, & abdidit ſe Buſtamantius diceretur: ea que inanar fama in vulgus. Erat profeſſo accuratus ille vir nec ſibi, nec ſuis languidè indulgens: ceterum in recenti familia, neque ea Monachorū, ſed Clericorum, cum ad eam diem plurimis in rebus ſuo ferè quiſq; egiſſet arbitrio; ſi, qui quidpiam præſcribere

180
Albaizina
Antonius
fructus.

181
Flores ab
amatore di-
nari reperi-
erant.

182

Aduerſus
Buſtamantium
Prouincialium
ſermones.

scriberet, quo sancta illa simplicitas libertasque certis legibus regeretur, videbatur inducere monarchisimum. A quare longissimè aberat Bustamantius, non quidem quod exultimaret suo quaque in genere minùs laudanda esse eiusmodi instituta; sed quod sciret, nec idem omnibus propositum esse Religiosis familijs, nec per eandem eundem vias. Qui ad Lainium scribens ad calamitiam diluendam, hoc vnum adducit: se, cum reliquos quoque Ordines in eo, quod cuique propositum est, perfectos censeret; siquis tamen Societatis institutus ex alienis admiscere quidpiam veller, similiter videri sibi facturum, atque si ceterorum admixtione metallorù aurum perfectius tentaret efficere. Sic ille sentiebat: quam verè non est loci disquirere. Iuum cuique pulchrum, præsertim quod consilio delectuque prætulit. Verùm multò aduersus Borgiam grauior excitata procella est, iam tū diabolo Commissarij potestate ad perturbanda omnia abutente; Deoque tum Francisci sibi acceptissimi famuli cumulare sanctitatem & vulgare volente, tum in primis & sanè magnis illis viris; ipsiusmet Ignatij alumnis, qui que primitias spiritus acceperant, præmonstrante, quanta in Commissarij perpetui munere permittes lateat. Antonius Araozius excelli cuiusdam animi, & magnæ erat mentis: qui que absolutissimæ formæ, quam comprehensionem cogitatione habebat, respondere velle Societatem adhuc propè informem. Nulli mortalium, sed multò minimè Dynastis, & aula regie vllam quamuis longinquam præberi offensiohis materiam voluisset: idque eo commotius, quod, cum apud eiusmodi personas frequè ipse esset, si qua daretur causa sermonum, suæ primùm verberabantur aures, sibi que coram exprobrari res videbantur. Hæc ob causas non libenter ferebat quempiam è doctis & insignibus operarijs è sua prouincia in externas emitti, vt tanto plures suppeterebnt sibi ad Societatis munera cum ea, qua cupiebat, dignitate obtunda. Nec libenter pecunias in Collegij Romani subsidium ex Hispania transmitti sinebat, quod eam rem Summatum quidam haud boni consulerent videretur: præter id, quod, Romæ dum subueniebatur, Hispaniæ Collegia laborabant. Hæc duo capita faciebant vt Lainio, qui non vnus prouinciæ, sed totius Societatis, & Ecclesiæ circumspiciebat bonum, nec ad vota solum, & pulchras animo figuratas imagines administrationem, sed ad præsentem vsum ac necessitatem accommodabat; non planè Araozius faceret satis, nec ipsi olim Ignatio fecisset. Eadem à Commissario multò magis distrahebant. Nam Borgia potius in aduersam vergebat partem. Quippe Araozius ne quidquam susciperetur, quod honestissimè perferri non posset, non facile noua domicilia excipienda putabat, nec minus vllum quidquam agendi publicè nisi lectissimo committendum. At Pater Franciscus pro sua maxima bonitate, & immensa omnium animas iuauandi cupiditate, & incredibili, quam repositam in Deo habebat, fiducia, hæc se facile, auertitque interdum longius vltra humanæ prudentiæ fines sinebat. Ex hac ingeniorum sententiarum que discrepantia cum eadem negotia ferèambo tractarent,

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

tamet si destinatum vt se idem, gloriam nimirum Dei maximam, nisi se diceret, querelas tamen oriri necesse erat. Vnica obedientia, per quam inferior in Superioris sententiam cæco quodam obsequio iret, comodare aliquid potuisset. Sed Araozius, quam Commissarium Franciscum, tam se Prouincialem meminerat. Itaque iam diu ac sæpè querebatur nomeh sibi Prouincialis relictum, at administrationis nihil, nisi vmbra & quamdam speciem iocularè. Non enim inferre modò se Borgiam in Prouincialis munus, sed etiam rectè ab se composita confundi ab eo ac destrui. Quæ cui negarat ipse, concedi à Commissario: quæ concesserat, reuocari. Si cui quem Collegio Prouincialis operiue destinasset, siue is detrectaret, & ad Commissarium confugeret; siue quouis modo in mentem eidem aliud venisset, cum rerum perturbatione omnium, alij Collegio, prouinciæ, muneri destinari. Ita nec opportuna præstò esse subsidia Collegijs, nec idoneos rerum agendarù ministros, magno cum boni publici detrimento, maiore domestici, præcipuè simplicis obedientiæ: vbi malis artibus, priuatis commodorum respectibus, delationibus aditus paderetur. Hæc apud Lainium, & interdum haud bono exemplo apud alienos etiam eo audentius dicebantur, quod, cum Commissarij Prouincialisque iura nequeant inter se nisi exiguo sine discerni, veri species abesse querelis non poterat. Nam vel duo necesse est vno in corpore prodigiosum in modum capita esse summa parisque ditionis, vel si Commissario quidquam negandum à Præposito Generali est, quidnam in vitæ hoc nostræ generi tribuatur magis, quam Prouincialibus, nihil ferè poterit inueniri, eoque fiet vt commouere se nequeat, quin Prouincialium fines inuadat. Cæterum ille quoque erat dissidij fomes, quod agere ferebat Borgia nimium aulicis Araozium negotijs implicari; quæ tamen rectè gererentur, tamen aliena ab Societatis instituto norat esse. Et sanè tot inter, quibus abundabat, præstantes laudes Araozius, nunquam satis purgavit hæc duo, ne nimio nationis, nimioque aula studio ducti videretur.

Hoc autem anno dum Franciscus ad Galliciæ ac Lusitaniæ fines illo sancto otio & negotio fruitur; alius contra eum sermo infestus exortitur. Librum eius nomine inscriptum superiore anno sacra Quæstorum censura interdictum prodidimus. Sparsa ea tanta per vulgus, nescio quid insuper scædæ suspitionis emanat, quod cum Dominico Rosas, antequam is pro heretico caperetur, Franciscus locutus esset, & Carranzæ Tolerani Archiepiscopi consuetudine vsus. Cæterum ille cum Dominico heretico congressus nihil magnopere oberat. Quis enim aduersus eum, vel alios necdum pro hereticis cognitos communia officia præteriret? Familiaritas cum Archiepiscopo Toletano longè plus creabat incommodi, non modò quia reuera amabat, atque ad eò mirabatur hominem Borgia, & prædicabat insignes virtutes, quarum in Archiepiscopatu pulcherrimam speciem dabat: sed multò maxime, quia ille, vbi datus est in custodiam, innocentiam constanter defendens, ipsum Quæstorum in Hispania principem Ferdinandum Valdesium Archie-

187
Quæ in Commissario perpetuo incommoda.

183
De Borgiam excitata procella.

184
Antonij Araozij in sententia in Societatis administratione.

185

186

188

189
Aduersus sermo de Borgia vbi de ortu.



chiepiscopum Hispalensem reiecit, ne suæ causæ iudex esset; & ad causas reiectionis iustæ probandas præ cæteris testibus omni exceptione maioribus ipsum nominavit Franciscum Borgiam: unde Hispalensis Antistes graviter offensus est. Ad hæc Rex quoque Philippus ferebatur offensus, quod Franciscus quoddam fratris sui matrimonium non prohibuisset, ut omnino prohibitum Rex voluisset, & prohiberi ab eo potuisse rebatur. Aula petiores rei caput summamque in eo ponebat. Dum ad Regis post longam absentiam in Hispaniam nuper à Belgio reuersi præoccupandam gratiā certatim accurrunt, suspicatos quosdam Franciscum pro veteri apud ipsum Regem, perpetuamque & summa apud eius locorem Ioannam auctoritate, multum valiturum in aula, & scilicet obstatum ipsi, eoque annos, ut per eius euerisionē gradum sibi & firmamentū pararent. Veram enim ego quorum oculus suspiciebat excellens, quique in rerum humanarū, quæ videtur, perturbatione sapientiæ summæ constantissimas intrinseci mirari; rationes consueuerant; ij rebantur ab sapientissimo illo optimoque gubernatore, qui ponit legem pluuijs, & viam procellis sonantibus, tantam tempestatem ideò permissam, ut Francisci Borgiæ, quem famulum vnicè carum habebat, indulgeret votis, sanctitatem exaggeraret. Antonius quidem Corduba passim hoc prædicabat, & sepius ad Lainium scripsit his verbis:

192 » Pater Franciscus existimationē sui bonam adeò
 » fugit, ut aliquoties ei confirmarim tantum famæ
 » neglectum mihi sanè contra caritatē, quam proximis, quamq; Societati debet, videri. Quin hæc
 » beo illum pro tam familiari in iherosolymis Dei, ut,
 » quando martyrium, quod adeò vehementer precatur,
 » immolata non dat obire vita, concessurus sit,
 » quanquam nobis tanti stet, sacrificio famæ.
 » Atque adeò suspicor istos casus omnes aliud nihil
 » esse, quàm indulgentiam erga illum celestem, ut tanto
 » magis eluceat sanctitas, quam ei largitus est Deus:
 » ad cuius probationē videri dedisse licentiam Satanae,
 » ut in res eius vniuersas manum extendat, in filios, domū, & ipsummet: quodque
 » magis dolerem, est, si extendere in Societatem quoque
 » permitteret ad augendam hominis sanctitatem: quæ apud
 » me tanti est, ut crediderim esse in celo Sanctos,
 » erga quos Deus nequaquam patrem indulgentiā singularibus
 » donis suis exprimit. Hactenus Antonius. Cùm igitur eiusmodi
 » sermonibus, & absentia quoque diuturna, Borgiæ auctoritas
 » obsolesceret, eo res processit, ut exiliaretur ab administratione
 » summotus, Regemq; & sancti officij Questitores fugiēs latibula
 » quæsiuisset. Jamq; non foris modò, sed domi quoque apud
 » nonnullos viros sanctissimi nomen euiluerat. Apud quos
 » cùm è contrario Araozius crederet, æternus pacis hostis, &
 » schismatum satore Diabolus id agebat, ut paulatim inciperent
 » voces audiri iactantium, Ego quidem sum Pauli, ego autem
 » Cepha. Hos motus per se noxtos, antequam maiorem in
 » perniciem erumperent, comprimere cupiens Præpositus
 » Generalis, ipsum mali fontē Comitissarij munus extingueret
 » cogitabat, & Araozium ab aula, si fieri posset, abstrahere.
 » Nam eam diem Comitissarij vsum fuisse, tum quod noua
 » Societas esset, tum quod bello impedita

193
 Quare ini-
 tio non in-
 zila Com-
 missarius
 fuerit.

commercia. Quippe initia rerum, ut per se tenuia ferre & imbecilla sunt, ita prudenter multis sulciti adminiculis: idcirco in recenti Societate Cōstitutionibus propè incognitis, Rectorum ac Prouincialium nec fat explicatis, nec fat discretis muneribus, cū in pleraque in vita quotidiana incerta, in experimento, & alio alibi ritu essent, & quotidie ac passim ex alijs in alias prouincias cōmigrationes in tanta operatum inopia fieri oporteret, vsui fuisse extraordinariam Comitissarij potestatem, ut quod scriptarum deerat legum, viua hominum multorum lex, & coniuncta in vnum prudentia suppleret: præsertim quod proximis retro annis bello Italico Gallicoq; infestis irriteribus, atque interdictis Romanos inter Hispanosque commercijs vel nulla, vel incerta die ac sero, vltro citroque litteræ commecabāt. At verò adultam iam satis corroboratamque Societatem, constitutas prouincias ac suis tenentes se vtribus extraordinarijs firmamenti opus nihil habere. Jam Rectorum, iam Prouincialium editas leges, iam Cōstitutiones euulgatas, multasque res in congregatione constabiles. Satis esse, si Visitator interdum miratur. Denique veluti Septemtrionis prouincia Prouincialium dumtaxat operā optimè regerentur; ita, postquam itinera pax aperuerat, posse regi Hispanas; cū certa staturaque ex Vrbe responsa ferrentur, adeoque celeriter, ut in cæteris hæc de Borgia ex postulatione esset: quod, si quando vel lustraret prouincias; vel, uti proximi fecerat, in urbem minus obuiam recederet, litteras ad eum dare in incertum cōgebantur, nec ea nisi ab Collegio in Collegium magno incommodo, longoque intervallo ferebantur, ac responsū nihilo meliore euentu ferri, & incerta die redire. Quare Hispanorum quidam Rectorum ac Prouincialium sæpe ijs quoque de rebus, quæ Comitissarij potestatis erant, scribebant Romam; idque ne viderentur per contumaciam facere, potestatisque ordinem non seruasse, testabatur eoactos fuisse, quod certum maturumque responsū necessarium foret: quod nunquam à Borgia referretur. Hæc autem planè demonstrabant Comitissarij potestatem minime esse necessariam. At mala, quæ iam diu formidata, tandem, quamuis inter fastigia illa virorum ageretur, erumpent; non sine dubitate, quin tale genus magistratus rescindi quamprimum & sempiterna obuii obliuione necesse esset. Idque ne externos quidem latebat prudentes viros; nec Societati qui bene cuperent, temperabant sibi, quo minus Lainium admonerent. Extat Doctoris Alfonso Vergaræ acris epistola, qua plurimum Lainio auctori est, dissidiorum ut illud querelarumque, & malorum artium feminarum excidat, demirans perpetuas & infinitas esse in Societate eas potestates, quæ quod ad certum tempus negotiumque transigendum re coram cognita & inspecta, non auditione accepta, committi solitæ sint, naturam & nomen acceperint. Igitur & suapte sponte, & externorum æquè ac domesticorum vocibus incitatus Lainius ad finem Comitissarij potestati ponendum ferebatur. Quod facile erat factū, si Borgia vocato Romam nullus in eo munere sufficeretur. Et quanquam rerum deinde status,

Natus, ut penitus in praesentia Commissarij nomen aboleretur, non tulit, Patris tamen Francisci euocandi non incommoda incidit occasio. Cardinalis Ferrarientis eius propinquus iam pridem Romae eum cupiebat, ut tanta viri frueretur consuetudine, consilij videretur: eum de Lanius in Ludouici Contaluj locum, quem Regina in Lusitania retinebat, Assistentem designabat. Quare ipse demum Pontifex Cardinalis Ferrarientis monitu vitem Romae praesentiam eius ratus fore, hoc breui libello accertij:

Pius Quartus dilecto in Christo filio Francisco Borgia:

195 Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Pastoralis officij sollicitudo, qua, sicut Domino placuit, nostris meritis & viribus imparem sustinemus, facit, ut ad tuendam tam necessario tempore gregi Dominico salutem, bonorum atque fidelium Christi copiam praestonobis esse quam maximam in hac alma Vrbe cupiamus. Cum itaque inter ceteros ordines eorum, qui se cultui diuino dicarunt, Societatem istam ipso, ex quo nomen sumptit, auctore Iesu Domino nostro excitatam fuisse delectant magni & vberes fructus, quos Ecclesiae attulit, & quorundam affert, Te, de cuius fidelis ac strenuo ministerio, ipso vitae ac bonorum operum tuorum odore late fragrante cognouimus, huc duximus euocandum. Proinde deuotionem tuam, quam aciora mandata nostra non expectaturam esse confidimus, hortamur in Domino, ut ad Apostolica limina, si modo aduersa valitudine non impedis, primo quoque tempore venias: ita tamen iter te facere volumus, ut rationem habeas valetudinis. Gratus erit nobis aduentus tuus, idemque fratribus tuis cunctis, qui haec in Vrbe residet, eumque auidè expectat, opportunus. Datum Romae apud sanctum Petrum sub anno Piscatoris. M. D. LX. Pontificatus nostri anno 1.

196 Sub hac Franciscus Strada Romam ex Hispania venit, eorumque eorum prouinciarum laborare sanes docet, ac praesenti subsidio opus esse. Ea res fecit, ut Hieronymum quoque Naralem Lanius, quem pridem cum destinasset, superederat tamen mittere, ne duos ab se eodem tempore Assistentes ablegaret, ea omni, quam potuit delegare maximam, omnia in omnibus prouincijs, & vbiq; locoru Societas esset, vel ad eam aliquid pertinere, itacuedi, abrogandi, interpretandijrem Rectores, Prouinciales, & alios quoscunq; Praepositos amouendi, praeficiendi, transferendi, denique quidquid Praepositi Generalis, si praesens adesset, posset, gerendi potestate permilla, dimitteudum mature putant, intento primum in Hispaniam cursu, quo necessitas grauior aduocabat. XIV. Kalendas Decembris Iacobum Ximenium, qui emissis votis, etiam nondum sumpto vestitu Societatis in Collegio Germanico agebat, ad litteras, & quod opus foret, scribendum auxilio futurum comitem ducens, Natalis Roma discessit, veneratus ante Pontificem, faustaque eius precatione, ac litteris ad Philippum Regem commendatitij ornatus. In pelago Narbonensi forda coorta tempestas, quales in eo

tractu non raro existunt, proximè ab exitio exagitauit. Diuino tamen beneficio terra positus Barcionem Ianuarij Kalendis venit.

Nunquam antea in Asia Africæque vltimis finibus, nouoq; in orbe terrarum ad religionis sanctæ amplificationem siue effecta, siue attentata sunt plura In Brasilia Lusitanæ ditioni pariterque Societatis laboribus, praefectura, quam Ianuarij fluminis appellant, accessit. Ora iacet ab Aequatore in meridiem partibus tribus ac viginti cum dimidia, Capricorni subiecta circulo, in extrema linea exiuste zonæ. Eam oram homines è Gallia protectiennio ferme ante duce Nicolao Villagagnonio infederant. Hunc accepi bene Catholicum fuisse, equitem Melitensem, institutaque tenacem, & vindicem acrem contumeliam, si quas sui milites feminarum Brasiliacarum corporibus intulissent. Incolæ eius oræ Tamoijs erant, bellicosa gens, & primò Lusitanorū amica; deinde impotentium quorundam inritia iniurijs vehementer ijs, amicique eorum Brasilijs sancti Vincentij accolis, quibus Tupini est nomen, infesta. Hos specie iustitia (quæ nullam barbariem non capit) & comitate Villagagnonius cum sibi adiunxisset, coniuncta amicitia, conditaque arce in insula, quæ in faucibus sinus est, opere ac situ propè inexpugnabili; in Galliam remeauit, colonos ad ducturas nouos, atque etiam Euangelij satores: quamobrem etiam de Societate homines postulauit. Ceterū siue ad ciuilia, quæ in Gallia subinde exiterunt, bella retentus, siue qua alia causa Brasiliam non repetijt. Interim quos in praesidio reliquerat, milites plerique religionis corruptæ vehementer infesti Lusitanis, & aduersus Tupinos Tamoijs auxilio erant, torique Brasiliæ imminentes iactare dicebantur, nisi Rex Galliae ad eam occupandam conferret auxilia, Turcarum se Tyrannū in partem exciuros expeditionis & imperij. Aderant ad hæc oculi improbitatis & vanitatis ministri à Caluino, ut fama erat, missi. Quorum vnus Ioannes Bolæus nomine, cum deprehensus à Villagagnonio pœnas metueret, furtim elapsus ad S. Vincentij oppidum, breuiq; illic simul poetica quadam inania, & inepto vocularum lenocinio, simul iactanda sacrorum librorum recondita scientia; non apud indigenas modò, sed etiam apud Albos (sic enim Europeos vocant) docti nomine inuento, haud dubie & comportatis veneno scatentibus libris, & pestiferis declamationibus editurus aliquam religionis stragem erat, nisi Pater Ludouicus Grana sagaciter fallacijs hæretici comprehensis, magno se animo netaarijs ceptis, doctrinaque solidiore obiecisset. Tum Bolæus abruptos nimirum sibi dolens conatus, stylo in Parrem conuerso, dignam hæretico ingenio acculationem euomuit, hæc præclara inuocatione homo, qui sanctos viros ueneratione cultuque spoliabat, exortus: Adeste mihi, Cælitres, asserre gladios ancipites ad faciendam, vindictam in Ludouicum Dei osorem. Sed cogitata hominis vesania, Prætoris iussu datus in vincula, & procul est amandatus. Hæc igitur totius prouinciæ idem Prætor Mendus Sa videns, deque Sebastiani Regis, & præcipue Christi Domini re sollicitus cum classe ob eam rem ab Lulitania

197 In Brasilia Ianuarij fluminis prouinciam Lusitanæ imperio adiungunt.

198 Hæretici etiam Brasiliam tentant.



199
Victoria Lu-
sitanorum
insuperata.

tania missa ad eiciendos ex eo receptaculo Gal-
los contendit, Patrem Emmanuelem Nobregam, quo plurimum utebatur, secum adducens. Victoria insuperata ac propè diuinitus obtigit. Post tentatam enim obfisione & oppugnatione nequidquam, nec sine suo detrimento arcem Mendus Sâ, cum iam & dissidentibus inter se suarum copiarum Præfētis, instrumentoque bello deficienti non de honesto magis, quam de tuto cogitaret recessu; is hæreticos repente, Tamoiolque Brasilos incesit pauor, vt deserta clam arce ipsi lintribus euecti occupauerint fugam, inq; continentis interiora sese abdiderint. Tum Mendus, quoniam miles ad præsidium decerat, arce euerfa ad Christianam ibi fundandam Ecclesiam opem cum P. Nobregaliberaliter contulit. Ludouicus Grana in S. Vincentij præfectura domi forisq; gratissimus diuinam rem accuratè ac feliciter prouehabat: cuius paternum in cunctos animum, quo merito quali parens diligebatur, etiam turbidæ res, vt affolet, illustrarunt. Repentina quondam, præterque solitum tetra post solis occasum ingenti cum turbine, motuque terræ tempestas arborum restorumque miserandam fecerat stragem; cum domi Socijs ad exposcendam Dei pacem coactis, ipse Ludouicus, simul primum exitu patuit, ad Christianorum domos, singulas ostiatim obiens, accurrerit, vt animis corporibusque præstè esset in tempore, si quem fortè ruina perculissent. Et quoniam tutissima erat sedes templum, in id cæteros cum vocasset Brasilos, ægros quosdam, senesque ac pueros domum recepit. Hæc aliæque assidua Patris officia, Ethnicis illum æquè ac neophytis mirè faciebant amabilem. Tamque eiusdem ac Sociorum operâ, & Prætoris præcipuè, qui id maxime laborabat, vt auctoritatem ad Dei gloriam, & barbaræ gentis adiumentum Patribus quam maximam conciliaret, incipiebant fera ingenia ad humanitatem miterere. Quod duobus maxime documentis intelhgi licuit. Prope Piratiniam ceperant ex hostibus infantem ferè bimulum mixti Ethnicis neophyti: ac veteri more festos inter sonos, atque insanas perporationes ferale ex eo epulum facere, Ethnicopagi principe instigante, meditabantur. Quod ubi Grana cognouit, confestim ad pagum festinat; idque precatur in primis, vt miscellum infantem sinerent Christiana cerimoniam expiari. Ea re impetrata, ipsa quoque venustate infantuli sanè festiuissimi commotus, postquam vitali eum perdidit vnda, institit paganos a facinore deterere. Quam esse virorum gloriam bellatorum vnus innocui nece infantis vlesci iniurias? Quem porro ausurum in membra illa integella diuino consecrata balneo impios dentes in hgere? Cum dein caelestes intenteret minas, ita omnes permouit, vt Christianorum plerique, ne dira carnificina essent participes, inde migrarent: cæteri quamquam occiderunt, vorare tamen ausi non sint. Exitum eundem sortitus est adolescens annorum quindecim ex hostibus item captus. Eum Piratiniam Brasili deduxere, post die enecandum immolandumque educeri. Patres re cognita, quamquam ægrè, expressere tamen cum eo de Christianis sacris agendi potestatem. Adole-

200
Ludouici
Grana se-
dula cari-
tas.201
Brasili
paulatim
humanita-
tem induit.

202

scens ingenio supra gētis modū prompto ac perspicaci, voluntate etiam ingenti sancta amplexus mysteria sub mediam noctem rite ablutus, stola caelestis Regis ornatur. Deumque sic animo penitus hausit, vt exinde nil nisi diuinam gratiam, calumque expeteret: nil audire præterea, nil loqui veller. Vbi illuxit, ad sacrificij abominandi locum perductus circumstante Barbarorum turba longis vincētis funibus statuitur in medio. Ibi post ritus quosdam & superstitiones carnifex solemne ac supremum verbum effatur, Moriere. Adolescens, vri erat edoctus à Patribus, illico procumbit in genua: tollit oculos, & manus ad cælum, sanctissimumque Christi Iesu nomen inuocat: idque salutare ingeminanti nomen carnifex incusso immani ictu in caput stipite perimanitatem saluberrimam aditum expedit: quocum recenti & immaculata stola ad immortales diuini Agni nuptias introiret. Cæterum peracta cade, ne hi quidem ausi sunt depasci cadauer. Quod Patres piè sublatum in templo sepeliere.

In Æthiopiâ præter expeditionem iam diu susceptam ad Abassinos, & alteram ad Cafres anno proximo instituit, accessit hoc anno terra in regnum Angolæ. Quæ vt planius geographiæ quoque rudes intelligat, vel pingui Minerua, vt aliàs instituit, adumbrare locorum situm ex vsu fuerit. Æthiopia, regio est Africa, media cæli plage subiecta, multo India vastior. Sed (vri de India principio dixi) in humanæ linguæ modum ab septentrione notis olim Africæ oris continens proiectu immani, oceano circumvallante protrahit in meridiem, desinitque in celeberrimum hæc tempestate, ignarum antiquitati promontorium, quod vulgò Bonæ spei appellant. In occiduo huius ingentis cunei latere, quod Hesperij Æthiopes habent, Angola est trans Æquatoris orbem nouem in Austrum partibus, quas gradus plerique iam vocant, è regione Pernambuco in Brasilia oceani vastitate interiecta respondens. Manicongi regno ab Septentrione, Bengalæ ab Meridie interposita. In Eoo aduerso latere circa Sophalâ Cafres sunt magis, quam Angolani, australes vicinioresq; Bonæ spei promontorio. Abassinorū imperium supra & infra Æquatorè per interiora Æthiopiæ sulum ad vsq; sinum Arabicum pater; atque Æthiopiâ eam complectitur, quæ veteribus quoque cognita, Æthiopia supra Ægyptum nominabatur. Ad regnum Angolæ, quia cis Bonæ spei promontorium est, è Lusitania appellatur. Sed quia inde terre stritine re ad alterum Æthiopiæ latus, vel ad Cafres, vel ad Abassinos penetrare propter solitudines vastas, quæ interiacent, & pestilentes, infamesque etiam immanibus belluis tractus perarduum est, ad eos vt venias, Bonæ spei promontorium præternavigare necesse est. Inde fit, vt ad hoc Æthiopiæ latus retro ex India aëto cursu navigationis tempora opportunius Lusitani caprent. Regnū Angolæ leucas octogint in longum porrigitur: totidem, vbi amplissime, in latitudine patet. Quas terras antiqui penitus ignorauerunt: æstuque torridas genti hominum inhabitabiles putauerunt. Cæterum magna Angolæ pars non incolarum modò patiens, verum etiam temperata & amœna est: frugis quinimo notabilior certis locis exupe-

205

204
Angolæ
f. 101, & Ck.
frum.

205

De Ango-
læ terra
distinguitur

exuperantia, quàm calor. Flumen habet nobile Coanzam. Prouincias celebriores Ilambam, Quisamam, Mossequiam, Dongiam, in qua Cabaza vrbs regia. Abundat regio ferè palmeris; vnde vinum incolis oleumque conficitur. Prouincia Quisama magis adusta est, nec multa ibi palmeta: gens tamen Angolanarum bellicosissima. Ibi salis fodinæ maximæ quæstus. Nulla enim aliunde toto regno salis copia. In ea autem plaga per longos meatus marinis exsudatibus aquis concrefcere putant. Quamquam cum alibi noto in orbe montes tam procul à mari planum sit salis esse, effodi que & renasci; contra que per meatus longos, velut eliquata marina aqua amaritatem perdat, aliam originis suspicari causam licet. Cæditur in laminas bipalmates candidi coloris: & si pellucere, & cristallo quàm simillimas. Inde in omnes regni partes differtur. Multa in stipibus, multa in animantibus minime dictu indigna sunt, quæ fusiùs persequi institui non est operis. Vnam autem magnitudine modica, colore cinereo alboque, quam Funem indigenæ vocant, haud tacitam præterierim. Huic autem tanquam principi, cæterarum volucrum vulgus applaudere, & officiosè apparere aiunt. statim vt eam vident audiunt, turmatim aduolantes cingunt mediam, comiterque deducunt. Eidem sub nificandi tempus nidum ipsæ certatim in proceris arboribus, qualis scilicet regalem partum deceat, ingentem ædificant, viginti facillè palmos altû, in quo Funes geminos pullos creat. Angolani Sobas appellant Regulos ac Dynastas suos, quibus vniuersa gens vsque ad annum euntis sæculi circiter quadragesimum paruit. Inter eos Sobas assidua vsque erant bella, donec extitit vnus ferocior animo consilioque callidior, qui proximos aggressus, præcipuis paulatim subiectis prouincijs, Regem se, & Angolam Inenem, hoc est Magnum Angolam, nominauit. Is ætate iam deuexa ex regni Congi Christianis, cognita Lusitani Regis potentia, id scilicet regno suo decus ratus deesse; legatos tres in Lusitaniam destinauit, commercij societatem petiuit, & sacerdotes, à quibus verum Dei cultum sui populares edocerentur. Olisippone anno m. d. lvi. penenerunt. Pergatam Cardinalis Henricus, & Catharina Regina legationem habuere: at rebus iam paratis ad reditum, nuncius interuenit, Angolam Inenem vita defunctum. Qua de causa dum dubitatur, quo animo filius, Dambes Angola nomine, futurus esset, amplius anno dilata est profectio: sed tandem cum omnibus tentanda res videretur, ex multis ambientibus delecti sunt de Societate, Cardinalis Reginaque, atque adeo ipsorum legatorum postulatu, bini sacerdotes a clauici Franciscus Goueanus, Augustinus Azerda, Antonius Mendes, & Emanuel Pinus, qui primi omnium nouum illud in regnum augusta signa crucis inferrent. Hi extremo Decembris anni m. d. lxx. Angolanique simul legati, & Paulus Diazij vir fortis ac pius, quem cum mandatis donisque Regina mittebat, Olisippone descendere. Navigatio ab marinis calibus non improspere, at à pietate admodum feliciter, quâ Pauli Diazij fauore, quâ Patrum insigni studio, cessit. Quinto demum Nonas Maias hu-

ius anni ad ripam Coanzæ fluminis appulere. Hic dum homines ad Dambem Angolam præmittunt exploratum, velut ne legationem exciperent, Pater Augustinus Azerda beneceptorum præmia recepturus, & aliquot Lusitani mortem occubere. Dambes legatione admissa plurimum cepit Pauli Diazij, & Patris Goueani operâ vti. Ideoque cætera non inhumaniter tractans velut in custodia vtrumque habuit multos annos, nunquam ad litus maris accedere, nunquam ab se passus abiungi; cum diceret, nullo pacto se posse eorum carere præsidio, præsertim verò Goueani institutione ac monitis: ac vereri, ne, si liberos & incustoditos dimitteret, Angola desertam Lusitaniam aufugerent. Itaque non nisi anno post sexto vigente anno penuria, vt ab Lusitania eam curaret, dimissus est Paulus, retento Patre Goueano tanquam obside. Repetijtque expeditione Paulus anno m. d. lxxi. per quod tempus Goueanus post annum quartum ibidem excessit è vita. His de causis longum deinceps Angolanarum rerum silentium erit: quod Goueani labores non nisi in adolescente, vt licuit, instituendo Rege, paucisque quos habebat regia Lusitanis excolendis versati sunt.

Ad Castres anni principio Consalvus Silueria cum socijs Andrea Fernandio, & Andrea Acofta cursum ex India Ciaulano è portu intendit. Simul primum conscendere, Pantaleo Sâ, qui præfutura Mozambico & Sofala vchebatur, procuracionem in nauirerum piarum Consaluo demandauit. Is ita prouinciam eam gessit, vt nauigium omni referrem hominum genere ab Religiosi cœnobij forma non abhorretet. Singulis diebus solenni Litaniarum carmine Cælitum pax exposcebatur: quibus mox addita quædam ad celebrandas laudes, & opem implorandam Matris Magnæ Virginis ex formula piè admodum ab Consaluo ipso concepta. Elata quoque voce pronunciabatur quidquid in mari licet è Missa. Non sæda, vel impia dicta, non iurgia audiebantur. Cum Pantaleone, primarijsque viris secundum mensam Consalvus manè ac vesperi esse cogebatur. Sed viam reperit per quam orij illius ratio egregiè constaret. Manè de gradibus perfectionis Deipate, quos tredecim numerabat, sermonem instituit, miro cum animi sui & audientium gustu, iucundè dicens, vti Gubernator muti atque inanimi spectabat astri, ita se semper Virginis, semperque sanctæ Mariæ, Cynosuræ suæ longè nobiliores spectare altitudinis gradus. At vesperi Sanctorum breuiter enarrabat vitas, quorum in sequenti luce memoria & cultus recurreret. Cumque omnes è consensu quem vellent sibi Patronum in eum diem iussisset eligere, certum quoque præcum numerum, proque alijs mortalium necessitatibus, & præcipuè pro Castri conuersione adijciebat. Præterea ipse ac socij cum priuatis colloquijs, tum exponenda Christiana doctrina ex occasione vectores iuabant. Nec tamen ita se effundebant in proximos, quin & ad multas præterea cõmuniter precatas, & ad binas quotidie meditationi tradendas horas ab nautico secederent strepitu: matutinam tribuentes Christi Domini, vespertinam sanctissimæ eius Matris vitæ considerandæ. Quin potius centebat

106

107

108

Primi de
Societate in
Angolanum
regnum
mss.

209
Successus
expeditionis

210

211
Consalvus
piè in
vra inter
nauigandis.

212
Consalvus
præstant
vritus.

Consalvus quàm minimè versandum in turba; nec nisi quantum animarum vsus postulare, in publico apparentum. Cuius ita tenax ipse erat exempli, vt angustissima in cella totos dies, ne ad respirandum quidem patefacto ostio, in malaciæ intolerabili æstu perseveraret. Interea studia seculissimum cursu multis diebus nauigarunt. Deficiente mox vento, cum pro vectorum ingenti numero aequè timeretur inopiã, cæpit ea modulo certo distribui. Et Consalvus, quanquam reclamaret Præfectus, in ipsa eius mensa ipsdem voluit includi angustis, haud æquum affirmans, cuius quasi membram corporis esset, non earumdem toto cum corpore, vt bonarum, ita aduersarum participem rerum esse. Denique nunc opprimente malacia, nunc graui ventorum impetu vexante, nullè vnquam tatis fuere molestiæ, quo minùs ea maria Beatorum ex ordine inuocandorù carminibus, & laudibus Magnæ Virginis quotidie personarent. Qua demum patrociniante præter nauarchi spem, die Purificationi eius dedicato in terra cõspectum proeclat, pridie Nonas Februarias descendere. Protinusq; Consalvus ad eiusdè Deiparædem, cui à Propugnaculo nomè, nudis pedibus adijt. Mozambici octo tantum diebus ad nouam nauigationem ornandam substitit: quo simul tempore audiendis operam confessionibus, & habendis concionibus dispensabat: impetratitque vt publica supplicatio pro sua expeditione fieret. Et quanquam, si paululum moræ ferre potuisset, nauigio erat multo opportuniore vsurus, tamè præ cupiditate quamprimùm Euangelij lucem oppressis mortifera nocte gentibus inferèdi, suam lociorumque vitam ei, qui fuit ad manum lembo (Zambuco, seu Pangaio nomen est) commisit, tres ducum vice locorum gentisq; peritos ducens. Sofalam directus est cursus. Ad nauigationis molestias, & regionum earum ferè omnium insalubrem naturam quadragenarij ieiunij accessere difficultates, nulla præter aliquid orizæ ac falcolorum, copia victus. Itaq; Andreas Acofta grauius aggrauauit. Quo ad Sofalã recreato, repetitum est iter. Sed Consaluum quanquã virtutum maximarum, simillimæque valetudinis, ita indies magis cõfecere ærumna, vt haud dubiè ad longiorè nauigationem yta comitatura non esset. Ventum tandem est ad Inhambanem portum. Is portus primus è ditione Regis Tongensis occurrit; eò Lusitani ebur præcipuè atque electrum empturi conueniunt. Ab oppido mediterraneo eiusdem nominis vocabulum mutuatur: estque tum regionis natura; quæ satis circà salubris ac felix, citris, nerantijs, alijsque eius generis arboribus conuestita niterum aquarum dulcium fluuiio opportunus. Itaque ex eo potius Lusitani Regem ac regnum, quàm ex Tonge cognominant. Inde triginta circiter leucas distat Tonge, regni caput, haud perinde clemens & propitia humana vitæ. Et quanquam aliarum rerum non infæcundus est ager, fructibus tamen, qui leguntur ex arboribus, omnino caret. Populi Molarangæ dicuntur. Ibi Rex agebat Gamba; ad quem Consalvus, cum ipse morbo teneretur, Andream Fernandium in aliquot Cafrum comitatu premisit. Difficiles sunt viæ, Cafresque ad labores itinerrum, quæ maxima conficiunt, paci-

213
Strenuus
& magnus
Consalvi
animus.

214
Ad Inhambanem peruenit.

tissimi. Ea Lusitani non nisi vecti peragunt: tamè Andreas, quòd primus, vt ipse ait, eam terram è Societate calcaret, ire voluit pedes. Primi diei vespere cum multi indigenarum sedentem corona circumdedissent, & in Breuiariù, quod Pater è manica traxerat, oculos intendissent; tacitis eorum votis occurrens, ostensurus quid esset, apertto libro eius paginas vno impetu celeriter omnes euoluit: ad quod spectaculum eos Barbari edidere gestus mutuo sese circumspicentes, vt planè intellexerit Andreas existimasse eos viuum id animal esse. Xegua (Dynastarum est nomen) apud se ea nocte hospitaliter habuit. Feria hebdomada sanctæ quarta Tongem peruenit, protinusque corripitur febris: altero tamen die egit se ad Regem. cumque nunciaret breui Consaluum adfore, & venire ipsos, vt Regem, eiusq; populum doceant verum Dei cultum, qui cælum, terram, & cætera procreauit omnia: Venistis (Rex inquit) questum patriam vestram, & inuenistis. Cum morbus dein ingrauelesceret, præter carnes, quæ ad rem non erant, nihil supprebatur ad victù nisi coctum milium, & aqua: lectus erat humus & storea, donec modèstè rogauit hospite, vt aliquid stramenti lectum ex agro sterneret. Filij tamen Regis frequenter & humaniter inuisebant. Haud meliùs in Inhambane Consaluo erat. Parum absuit, quin principio grauedinis immeni copia offocaretur. Accessit maximus languor, & febris. Sed cum sabbato ad vicinam arborem sese siue orandi, siue respirandi causa traxisset, inde febris liber, adeoque validus redijt, vt postridie, qui dies erat palmarum, obeundis eius diei ceremonijs sacrificioque suffecerit. Hac ipsemet ad Socios in Indiam scribens, causam representatæ valetudinis non adscribit. Sed, quia dies erat sabbati, & tantus ipse Deiparæ cultor, interpretari licuit patronæ indulgentissimæ munus fuisse. Subinde necdum planè confirmatus iter Tongem ingreditur cum Acofta, cui item valetudo pessimè affecta erat: decimoque septimo post Fernandium die perueniunt. Ex tanta & sua & sociorù imbecillitate Consalvus didicisse ait se, quam parum vel in sui firmitate corporis, vel ingenij, aliarumque humanarum opum abundantia reponere mortales ad Dei negotia transfingenda debeant; cum hisce tribus seminiuis homuncionibus infinita illi sapientiæ ad Regem conuersionem vti placeret. Rex aduentu Consalvi mirè lætus potestatem quousvis è suo regno Christianis titibus initiandi fecit: nec multò post ipse cum vxore, liberis, totaque domo ac Procerum multis, vbi satis præculi sunt, ad fidelium numerum aggregantur. Regi Constantinus vocatum nomen, Regina Catharina, sorori Isabella, in Proregis Indici, eiusque sororis, & Reginae Lusitanæ memoriam. Sacra præterea ædes assumptæ in cælum Deiparæ titulo extruicæpta.

Rebus his Tonge administratis, iamque haud magno negotio procedentibus, ad eas tutandas augendasque socio vtroque relicto, ad Regem per eas plagas maximum Christo adiungendum Consalvus porrigit curâ. Manomotapa, eademque Benamataxe vrbs regia est: ex qua regnù nomen trahit: quod longè lateque fuissem leucas in orbem

215
Andreas
Fernandus
vixit.

216
Fernandus
vixit.

217
Siluio.

218
Rex Tongensis cum suis baptizatur.

219
Manomotapa regis.

bem septingētas; vel, vt alijs placet, octingentas extra vechgalia regna colligit. Nulla alibi elephantorū seu numero, seu mole præstantium oratione feracior. Quos Cafres tum carniū, tum eboris studio captant solertia venationis tali. Haud feruē pauciores, quā homines petiti centum quinquaginta venatū exeunt. Eorum pars notos angustij calles in siluis insidēt, pars per campos palati elephantorū greges abigunt, compelluntq; in insulas ab socijs angustias. Quas cum incitare vasta mole belluæ non nisi singula possint, vbi intrant, ex insidijs coorti venatores validis ictibus aliarum alij prætereuntium poplites cædunt: statimque, vel mox paulo præcurrense etiam corpore prolapsas conficiunt. Abundant præterea saltus leonibus atque tigribus. Sed aut præcipue argenti que toto propè regio obuia feracitas ad miraculum vsque perhibetur, vt & in arboribus venas auri, & temere in extrema terra massas (ea vis inest solo) inuentas ferant: quarum quadam quatuor millia vel amplius eo nūmū aureorum effecerint. Vnde factum vt patrum memoria magnus Rex Manomotapa, vel Imperator auri vocitaretur. Sed enim meliores ei thesauros longè que opulentiores ostendere atque aperire venas Confalvus meditabatur. Eo consilio ab Tonge Mozambicum regreditur. In reditu tres Xequas gentis, cui Botanga nomen, baptisino iustitiam, & filium Regis cuiusdam Tongense maioris Mozambicum, ibi insitendum & baptizandum adduxit. Inter hæc diuinum quotidie Numen copiosius animo hauriens totas delicias celi, ætque sancto colligebat. Testatur id maiore quodam plenè spiritu, quas scribebar litteras. Plurimum commouebatur sacrum se mercatorem cogitans, totumque Dei negotijs ac lucris occupatum, sortem diuini sanguinis exerecentem. Nec homines Societatis nisi negotiatores & insitatores eiusmodi esse dicebat. Atque in quadam ad Præpositum Generalem epistola: Ego, inquit, Paterni, in eadem venam sanctæ huius negotiationis beate obedientie ducto; nec animus vltra est alias fodinas vsquam, nec quietem, aut artes cogitare. Nam si loquendum est ex experimento, quod in mari montanisque capitur, ibi Deus abscondit plenitudinem ac suauitatem diuinitatis & humanitatisque spiritualiter ijs repositam, qui deligunt ibi habitationem ac quietem ad lucra Redemptoris. Hac diuina gratie tanta se vberitate infundentis noua copia locupletatus incitatique Confalvus, vbi, Patræ Leone si liberaliter quidquid ex vsu foret, præbente, dona regia & alia comparauit; Mozambico iterum decimo quarto Kalend. Octobris soluit, ac Lusitanorum paucis comitantibus in Austram eursum incendit, maritimam oram biremi legens, quam excelsi montes ad dexteram amena vilitate spectabiles vestiant. In ea ora anrequam ad Masute fluuij ostium percherentur, leucas propè nonaginta progredissæ læta tempestas adorta vel magna formidanda nauis, nedum paræ biremi, quæ ludibrium fluctibus iactabatur, in vltimum desperationis iam nauas adduxerat; cum Confalvus in celsiorem nauigij locum egressus genua ponit, sublatique manibus in cælum & oculis

quiddam tale ad Deum clamat, Domine salua nos, perimus. Continuoque mirantibus quotquot aderant, venti ponunt, conserenat dies, placida tranquillitate tumidi ira maris consternitur: potitūque Masute ostio, læti in litus exeundunt. Dies erat S. Hieronymo sacer. Prima curarum Confaluo fuit barbaras terras diuino sacrificio consecrare. Excitata ara in litore, Sacrum fecit in solis fetore tanto, vt Lusitanis quanquam calcceis tectos torridum solium aduiceret pedes: Confaluo autem sacrificanti caput pistolis oppleteretur. Ad quas ille curandas more suo patendi materiam, atque seie magis, quam propulsare suctus, quam non decissent, medicamentis abstulit. Triduo ibi exacto pergunt ad Colimanem (Quilimanem sunt qui vocent.) Id brachium est ingentis celebratūque amnis Cuamæ. Namque in intima Æthiopia prope Congi regnum lacus est ad millia centū longus. Vnde tria Africa maxima flumina ortum ducunt. Nilus capite vno (nam plura habet ad eodē quaesita & ignorata vetustis seculis) tum Zaites, & Cuama. Nilus longissimo tractu in Septentrionē fluens in mare (quod peruulgatū est) internum erumpit. Zaites & ipse primò versus Septentrionē fertur, sed mox in Occidentem flexus in oceanum citra promontoriū Bonæ spei effunditur in ipso Congensi regno. Cuama aduersus huic in Orientem hibernum labens in oceanum trans idem Bonæ spei promontorium exit vltra Equatorem in meridiem septimo decimo gradu cum dimidio. Huius amnis brachiorū complurium vario flexu intercursumque secantur Castum terræ. Confalvus Quilimanē ingressus, rursusque aduerso vento vexatus, & in ipso subeundo flumine valde periclitatus, ad Mingoaxanem Giloe Regem Lusitanorū amicum peruenit. Is benigne & comiter accepit: & Mahometanus licet, potestatem promulgandi Euangelij vltro fecit. Nam quanquam superioribus temporibus in earum terrarum quaedam impij Mahometi spurca supersticio inuaserat, nihil tamē gens præ hebetudine (hoc scilicet ex ingeniata vecordia adepta commodi) nisi præcisionem præputij retinebat: quo minus imparata Euangelio erat. Verum Confalvus ad Manomotapa festinabat Regem: quo ad Christum adiuncto, finitimos Reges, & inferiores haud magno molimine secuturos censebat. Inde igitur ad luabum, alterum Cuamæ brachium plurimum aquarum trahens, leucas à Sofala triginta contendunt: vbi rursus periculosa procella in Lindem proximum sinum compulsi tredecim steterunt dies. Quoddam verò nauigium ex ijs, quæ Pangaios nominant, quod vna ibat, cum se disunxisset, postero die perijt. Ab luabo Cuama Manomotapæ ditio oriebat. Quocirca in eius introitu Pater diuina re peracta ab Lusitanis comitibus postulauit, vt, quoniam fines tanti Regis ingrederentur, legationis suæ negotiū posthac Deo enxius commendarent; bonique consulerent, si reliqua nauigatione se, quod precibus expeditiore vacaret animo, ab consuetudine conspectuque eorum summoerent. Namque in rebus omnibus, & inceptis præsertim grauioribus multum cum Deo agere, ab eoque iumen ac vires exposcere opus esse. Inde velum in altera nauigij parte iubet præ-

220
Elephantorum venatione.221
Auri feracitas mira.222
Confalvus mercatore se cogitans, totumque Dei negotijs occupatum, sortem diuini sanguinis exerecentem.

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

224
Tria flumina Africa maxima.

225

226
Sua pietate Confalvus Manomotapæ ditionem ingressus.

tendi, in eamque veluti cellulam inclusus, octiduum ipsum delituit, semel tantum quotidie rosti ciceris pugillum, & perexiguam aquam ad vitam sustinendam assumens; & quicquid à precatione rerumque diuinarum contemplatione reliquum temporis faceret, in perlegendis Sanctorum vitis impendens. Octavo die, vbi primum 227 Sena, quæ nauigationis meta erat, in conspectum venit, & Consaluum socij mouere; ille progressus è latebra, in oppidum oculos parumper intendit: continuoque in caelum cum manibus tollens, & in genua procidens, ita Deum precatur, tanquam ingens sibi certamen instaret: tum socios rogauit, vt semel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, pro grauissimo, quod erat in manibus, opere pronuntiarent; cælique Reginam semper sanctam, semperque virginem Deiparam (sic appellare consueuerat) precarentur, vt causam vellet ipsa suam facere; negotiorumque totius Casariae sub imperium salutare filij sui subiungendæ volens ac bona suscipere. Oppidum Sena est, vbijs locis, non intrequens intranemora abditum, ab Manomotapa regia leucas ducentas. Aliquot ibi Lusitanorum & neophytorum ex India negotiandi causa domicilia fixerant. Consaluum cum de suo aduentu, antequam procederet, admonendum Regem censuisset, nuncio Manomotapam misso, qui significaret adesse se acturum cum Rege, quod eius maximopere interesset, dum referretur responsum, ferè quatuor subsistit Senæ menses: quo tempore Christianos illos expiauit, excoluit, abtractos à pellicibus sancto matrimonio iunxit: eorum quoque mancipia ferè quingenta catechismo preparata baptismo lustrauit. Neque eo contentus identidem ad Regem Inhamioris in proximo degentem excurrit: cumque & Reginam cum liberis, quos habebant octo, ita permouit instituitque, vt magnopere sacras vndas expeterent. Sed Pater nimirum ex animo dolens per inopiam procuratorum tantam fieri animarum iacturam, quia quem magistrum custodemque relinqueret, non habebat; baptismum abstulit consolatus hominem bona spe, pollicitusque, postquam Manomotapam Regem lustrasset, & ipsi libentissimè præstò futurum. Nam nec decere ante illum lustrari, ne fortè prælatum sibi stipendiarium suum inique ferret. Adfuit tandem ab Rege responsum legatusque ad Consaluum Manomotapam deducendum. Cum hoc & Gomio Coëllio homine Lusitano apud Regem gratioso, & peritissimo lingue, quem ex pago Tete accersierat, Pater dat sese in viam, pedesque ad sexcenta illa passuum millia, in super sarcina oneratus, in quam omnem ad sacrificium colligarat necessarium apparatus, percussit. Fluuio qui multi regionem intersecant, aqua collo tenus licet pertingeret, vado transibat, elata interim manibus, seu capite sarcina; quamquam vnum vado insuperabilem in vas quoddam, velut ingentem ollam Dei sacerdotem ad natandum inualidum cum immisissent, circum natantes ipsi propellentesque traicere Castres. Hoc enim affirmant vetustæ litteræ, proque memorabili narrant: eoque similis vero est, quam quod posteriores tradunt, natasse ipsum, sed sarcinam (quid enim

hoc noui aut magni habet?) ollæ immisam. Sub noctem Natalem Domini ad Chetuchin pagum haud longè à Manomotapa venit: fecitque ter de more Sacrum summa Lusitanorum animi voluptate. Inde Natalium feriarum altera, die sancti Stephani memoria claro, quod proximo anno reddendum erit, regiam urbem ad magna exordiendi, quæ nobilitatem martyrio consummaret, intrauit.

Hæc dum Consaluum australiores Æthiopes iuandi studio curat, Ioannes Nunnius Patriarcha Goæ degens totus erat in Abassiam intentus. & Constantinus quidem Prorex, vt habebat à Rege Sebastiano in mandatis, proque suo priuato erga religionem studio vehementer Patriarcham & socios in Ecclesiam cupiebat peramplam illam inducere. Verum cum iam tertium annum Andreas Ouiedus Episcopus eò premisus nihil nunciaret, sed vndique bellorum Abassinos inter ac Turcas furentium fama glisceret, nihil certi consilij capi poterat. Anni huius initio cum tribus myoparonibus Prorex Christophorum Pereriam, & Patriarcha Fulgentium Freirem è Societate laicum experientem hominem, maximeque probatū cum aliquo Abassinis interpretibus misere, vt de statu rerum ac nominatim de Episcopo certa & explorata renunciarent. Sed nequaquam eius legationis exitus è sententia cessit. Cum enim ad Mazuam peruenissent, relicti sibi duobus myoparonibus, qui aduentum Turcicarum tritremium speculati, maturè signum receptui darent; progressus ad Arquicum, inde ad fauces Arabiae Pereria, sæpè hostium incursum peregre repulit. Postremò verò cum tritremi & parone Mahometanorum, quibus Zomor præerat, commissa pugna, in hostium venit manus. Lusitani acriter dimicantes, plerique occubere. Pereria quoque in hostium potestatem viuis redactus, è vulneribus, quæ grauius acceperat, breui expirauit. Fulgentius cum strenuam adhortando milites prælara cruce operam præstitisset, octo acceptis plagis adhuc saucius remouit additus est, & Cayum postmodum deportatus. Hæc & aliunde, atque reliquis myoparonibus, qui euasere, cognita Goæ, nihil Patres nisi in iusta Numinis voluntate solatij habebant precantes enixe, ne per suas atque alienas noxas, Abassine genti cepta aperiri salus ocluderetur. Ceterum Abassia status hoc tempore, quam cum maxime miserimus erat. Adamas Saquedis Rex, qui Claudio successerat, cum non Lusitanis modo, & reliquis Catholicis, verum etiam suis intolerandum se præberet; Barnagazius, cæterique Æthiopiæ Proceres magna cum parte nobilitatis, spe etiam auxilij Lusitanorum ab India, conspiratione facta fratris Claudij filium spiritibus Benconem Tarcarum nomine Regem creant: ad quem vnus quoque qui reliquus erat militum Lusitanorum triginta manipulos transiit. Adamas male sibi conscius illud maxime formidabat, ne Lusitana classis adesset ab India. Cui rei prouisurus primum ad matritimam excurrit oram; ibique simul cognito nullum instare ab India periculū, simul fugato Barnagazio ad Tarcarum vertitur, eoque poritur. Ex India nullum adfuit auxilium, siue quia Turcis omnia habentibus infecta, nun-

227

228

Sena oppidum.

229

Inhamioris Rex cum suis baptismum paratus.

229
Abassiam
rerum su-
tu.230
Missi ad
cognoscenda
Abassianorum
res Lusitanis
à Turcis
capti.231
Fulgentium
Freirem de
Societate
capti.232
Bella inter
Abassiam.

ej ad Proregem non peruenere; siue quia Prorex cunctis viribus in Iapanapataniam incumberebat, siue quam aliam ob causam. Eo Barnagazius destitutum se auxilio videns, Saquedi odio Zomorem, quem dixi, Turcarum Prefectum sollicitauit. Is tamen Barnagazio summè erat nuper infensus, irrepenti tamen in Æthiopiæ interiora occasionem atripiens, facile societatem conuicit. Et quoniam, ut euenit, occisum in Tarcarum suspicabantur, puerum ex eodem patre iustus ortum nuptijs creatur Regem. At Saquedus huc illuc pro rerum opportunitate accurrens in omnem secum expeditionem summas inter ærumnas traherebat Episcopum & Patres: quos quasi in custodia habens, neque abire, neque de Catholica fide loqui sinebat. Verisimile est sperasse non importunos fore, si Lusitana classis appareret.

224
Cuius Episcopi & Societatis a-
namia.

225
Collegij
Goani tem-
por.

Inter has Abassinæ Ecclesiæ tempestates Indica mellis colonorum votis absurde respondit. Quo die sancti Pauli honoratur Cœuersio, veteris & angusti & ruinosi loco nouum dignumque Goano Collegio, templum in Gentium Doctoris nomine inchoatum est. Patriarcha peregrit solennes ritus; auroque higne auspicius opus, primum deiecit in fundamenta lapidem cruce insculptum: secundum quem lapide Constantinus Prorex alterum insculptum gladio dimisit, argumentum opinor, & cruce ab sacris potestatis, & ferro à profanis religionem defendi, & aduersus obstantes propagari debere. Sub id tempus postulatu Georgij à sancta Lucia Malacensis Episcopi, qui (vt supra indicatum est) Antistitis Goani vices obibat, Franciscus Rodericius aliquamdiu conscientia questionem in Collegij atrio (quod aliud satis capax auditorium deerat) explicauit cuncto Ecclesiæ principis Clero, ac plurimis praterea sacerdotum confluentibus. Iamque Goani Collegij Academia non modicam referebat Europæarum maiestatem.

226
Paulus Ca-
mersi mori-
tur.

Duodecimo Kalendas Februarias Paulus Camers ad optimos bonorum laborum fructus, & ad diuturnarum praxia ærumnarum obitu lenissimo transit. Iure Collegium Goanum hoc lætatur parente, & gaudet Italia de progenie sua fuisse præcipuè tanti operis molitorem. Anno M. D. XL. ante confirmatam auctore Pontifice Societatem cum è primis Patribus duo mitteretur in Indiam, Paulus adiutorem se ac veluti famulum eorum (tanta modestia & submissione erat) adiunxit, edito chirographo, quod ad antiquitatis nostræ cognicionem pertinere non nihil ratus, quantum ex autographo Italico Latine consequi licuerit, adscribam. Ego Paulus, inquit, Baptistæ filius, sacerdos è diœcesi Camerinesi profiteor spem meam omnem repositam esse in Domino nostro Iesu Christo, cui seruire in perpetua castitate ac paupertate decreui. Itemque pro amore ac reuerentia eius certa est mea sententia, firmumque propositum seruire Magistro Simoni Rodericio, & socio (nondum scilicet is certo nominatus erat à Beato Ignatio, propterea hienominatum non appellatur) qui mandato Pontificis, postulante oratore Catholici Regis Lusitiæ proficiscitur in Indiam. Itaque ab eo cum eis, non vt socius (en ante Societatis ortum Coadiutor) spirituum quali sementis: adeo multiformis huius rei

227
Eius ad
Indiam
projectio.

publicæ species in Beati Ignatij Fundatoris mente vsque à principio inhaerit; sed vt illis in eorum visibus inseruiam sponte mea, & ex amore Domini nostri Iesu Christi, sperans de maiestate eius diuina Magistrum Simonem ac socium, quos prædixi, imperaturos mihi sic in India, vt ego quoque ad miseram illam Dei notitia destitutam gentem aliquid proficiam. Quod cum ita sit, egoque sic sperem melius me Deo Domino seruiturum, in veritatis fidem, certique huius consilij mei testimonium chirographum hoc feci, mea que manu subscripsi. Romæ hac die quarta Martij, anno salutaris humanæ millesimo quingentesimo quadragesimo. Hoc armatu commeatuque humillimæ caritatis munitus & instructus Paulus cum Rodericio eodem precessit in Lusitaniam. Inde cum Beato Xaerio, qui mox ab Vrbe est subsecutus, quoniam Simonem ad fundandam in Lusitania Societatem Rex tenuit, in Indiam vela fecit. Sed quoniam ita euenit eo anno, vt Indicæ Lusitanorum naues hibernare Mozambici cogentur, ille primus pietatis laboriosa campus Paulo fuit. Namque in nosocomio ægris referto primum vnà cum Xaerio, deinde ab eodem abeunte Goam, precibus ægrorum relictus vnà cum Manilla, ita sedulitatem, patientiam ac benignitatem probauit, vt demum vbi munere eo perfunctus, nauigationem reperijt, ex prægressa fama iam clarus in Indiam, vulgoque carus peruenerit. Goam reperit plenam Xaerij laudibus & admiratione: Xarium ipsum non reperit. Iam enim ad euangelizandum in promontorium Commorinum auolarat. Inter Goanos omnes celebrabatur maximè & eminebat egregia virtus Iacobi Borbani. Is venerandus erat sacerdos, idemque præco verbi diuini doctrina præstans & moribus; & propagandæ studio religionis quam qui summè ardebat. Qui iam olim cum Indorum aliquot Christo quotidie lucretur, è pueris quos lustrat, domum suam nonnullos cepit recipere: quos vberius Christianæ religionis mysteria, & primæ literarum elementa, & Grammaticam edocebat. Deinde cum videret ex ijs promptiore quosdam ingenio Lusitanum probè sermonem ediscere, adhibere eos interpretes adiutoresque ad insinuandum idololatris Christianum cultum instituit. Que solertia cum perbellè procederet, compluresque per eam ad baptismum perducerentur, argumentatus Iacobus, simultarum linguarum pueri ad eum modum formarentur, id veluti Seminarium fore ad Euangelium in omnes gentes late disseminandum, opulentiorum auxilio, maximè Cosmi Annij, & Michaëlis Vazij (vt prima harum historiarum parte narratum est) opus inchoarat. Verum iam ætate ac valetudine affecta quemadmodum sustineri cepta consummarique possent, haud leuis sollicitudo habebat; cum Xaerio primum, dein Paulo cognito, confectum interpretatus est hominum tali generi sedem eam diuinitus eamque procuracionem paratam. Ergo Paulo ad se recepto (nam Manilla in Commorinum subinde perrexit) in eum sensum totam disciplinæ domesticæ custodiam ab se transtulit. Ac Paulus diu Sociorum omni subsidio carens, ita sustinuit gestisque administrationem graui-

238

239
Iacobi Bor-
bani virtus.

240
Paulus Ca-
mersi pra-
clarus factus

grauilli-

grauissimam, vt Collegium demum omne in Societate rite à conditoribus, & à Lusitano Rege transcriberetur. Tantum valet ad Ordinis totius commendationem & incrementa, quod capitur è priuatis specimen. Cognita Beatus Xaverius hominis bonitate, fatiq; gnarus quãti interesset in luce illa totius Indiæ civium oculis constantia obuersari innocentie, modestie, paupertatis, reliquarumque virtutum exempla; ita diuisit partes, vt, cum sibi peregrinationum alios labores sumpseret, & Socios, qui subinde ex Europa submittebantur, in explorata ab se loca euocaret, nunquã Goa Paulum exire pateretur: quem etiam tantifaciebat vt illum non Collegio modò, sed Socijs etiam per Indiam sparsis interdum cum potestate præficeret. Ille totus caritate flagrans, quæ sustulerit, quæ excogitaret, quæ fecerit perditas animas ad salutem vocandi studio; grauissimi Patres, qui postea accessere, testificauerunt, qui oculis non subiecerit, assequi non posse cogitatione: nec fanè, cum iam ætas procederet, & valitudinis decessio, curatù accessio fieret, sine præcipua Dei tutela fieri potuisse, vt sine medicorù ope vitam propagaret; tantiq; constantie, tantù alacritatis ad plurimos immensosq; labores obtineret. Idem variarum nationù adolescentibus præerat, tamq; vigili custodia & sacri, vt pastoritio cani ad gregis defensionem excubanti, omnemque latratu atque morfu abigenti vim inimicam Borbanus cum similem dicebat. Idem non alijs modò rationibus conquirebat adolescentes nationum variarum, quos in caeleste illud plantarium inferret; sed etiam corrogata aliunde pecunia sepè de numero mancipiorù emebat, quos non modò Christi libertos, sed liberatores multorum efficeret. Aderat eis dies ac noctes, & in supplicationibus, & in sacrificijs, & cæteris diuini officij precibus, quæ sanctioribus ferijs cum cantu peragebantur, sine vlla societate sacerdotis præibat partibus. Quidquid molestiarum institutio ferebat ætatis imbecillis, totiq; nationum varietas, moribus inter se & linguis discordium: adhæc mores ipsi pleritque alta barbarie imbuti, & voluntates quoque multis alienæ, & alia idgenus, deuorabat placidè, nec patetum modò in omnes studium, sed maternam quoque suauitatem conseruabat: vt posset in corde Apostolici viti, & ore, & manibus vim Apostolicæ eius vocis agnosceret; *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Scillius, *Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutritrix foueat filios suos. Ita desiderantes vos cupide volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis.* Idem præcipua cura catechumenis præerat edocendis; eosdemque sua manu lustrabat, vt vix quisquam vnus plures Christo genuerit: deinde & inter se sanctis copulabat nuptijs, & à potentiorum tuebatur iniurijs; & subleuare, efferre, ornare cunctis opibus nitebatur. Quibus cum in Collegij templo locus instituendis deesset, ædem ipse proximam interiecta via discretè ædificauit, in qua totus eorum sacris, eorum cultura vacabat. Super hæc propter deformiora mala quosdam & contagiola cum planè videret abijci, ac receptaculum habere nullum, ædifi-

cavit instruxitque nosocomium, quod quoad vixit prouida cura, & intento labore administrauit. Accessere deinde & catechumenorum domus virorum ac seminarum: & harum præcipua Paulo præfectura commissa. Quæ super omnia, penitentia tribunali sic hærebat affixus, tanquã nihil ei præterea curarum esset. Omnibus autem eiusmodi curis sic aderat, vt tamen animus procul à terra, & à corpore peregrinari, & versari potius in celo videretur. Inde tandem fiebat, vt, quamuis (vt dixi) Goa nunquam ipse pedem efferret, tamen latissimè viri nomè ac virtus peritragaretur; nihiloque minùs latè per vndique dimissos discipline suæ alumnos Christo Domino inferuaret, & vberem animarum segetem procrearet. Denique de eo paucis ante migrationem diebus Melchior Nunnius ita scripsit: Dominus Paulus (ita tum loquebantur) est pauper spiritu, pauperum amicus. Multùm laborat & contendit, vt vestimenta dextra ac rupta gestet. Magnam caritatem, magna exempla misericordie ostendit in nosocomio pauperum indigentium, quod ad hanc diem semper, amplius duo decim annis procurauit: in incellu, & sermone, & vitæ actione simplex & mortificatus. Idè liber, & cuius, si quid videretur, dicens. Pro homine habetur alterius vitæ. Vellet tamè sententia sua gerere, ac si quid præter id fiat, etratum putat (is nimirum senum, & maximè qua quisq; in re princeps fuit, seu zelus, seu morbus est.) Iam præ senio & valitudine velut emeritus habetur, bonitatiq; suæ permittitur. Hæc fuit vltima ætas Pauli, ad cuius cumulandam gloriam diuturnus accessit langior; in quo mitè omnes odore virtutum suarum, & animi tranquillitate inhabitantis in suo templo Dei pacis indice recreauit.

Non longè post in eodem Collegio alter eorum, qui cum Borbano illud fundarat, & perpetuis augere nunquam desisterat incrementis Cosinus Annius decessit. Is scriba, seu Quæstor. Regius, & vir optimus fuit. Qui vbi se sensit à fine haud procul abesse, vehementer optauit vltimum spiritum inter Socios exhalare, quorù precibus & sacrificijs cõmuniter certius ad immortalitatem iter capesseret. Quod cum impetrasset, non modò susceptus ex meritis suis & habitus est omni officio, quoad superfluit, verùm etiam exequiarum iusta, & cætera sacrificiorum ac precum adiumenta perinde vt vni Sociorum petoluta sunt mortuo.

Cæterùm Christianorum in Goana insula vbertatem nullus nec antè, nec postea tulit annus maiorem. Pulcherrimè in vnum confluebant hinc studium auctoritate pollens omniq; ex parte memorandum Constatini Proregis, inde Prouincialis Antonij Quadrij sedula & ingeniosa caritas: quibus potissimùm viti Goana insula sese Christianam debet. Protex cum videret Brachmanum quorundam auctoritate ac suasionibus superstitionem tenuiorum stare, neque admodum multum disputationibus profici, quas priore anno institutas docuit; quadraginta eorum præcipuos diuenditis rebus vnà cum familijs alias sibi quæreret sedes iussit. Quo & munimento exuti, & exemplo terribi inferioris nota mortales, procliuiore aures animosq; Dei verbo

241

Gal. 4.

1. Theff. 2.

242

243

244

245

246
Qua maxi-
mi indu-
stra con-
uerfi.

verbo dedere. Antonius Quadrius saluberrimo inueto Socios in vicinis circa pagos dimittere instituit. Etenim Goa insula est leucas duas circiter longa, lata vna: pagi in ea vnus & triginta, & quidam valde frequentes duum millium capitum erant: in quibus post huius anni conuersionem raritiam Ethnici, quasi racemuli post vindemiam superfuere; annoque infrequenti absolutam spes erat fore racematione. In horum pagorum nonnullis sacra erat aedes: sed quoniam concionator & catechista deerat, Prouincialis instituit, vt Socij bini diebus Dominicis prima luce alij ad alios irent pagos; ibique media inter Sacra neophytis Euangelium breuiter explicarent, fusiisque de summa Christianae legis absoluto Sacro differerent. Pomeridianis autem horis peragrarent cum tintinnabulo vicos, cogerent pueros, eosque virides manu ramos praeferentes, fidei concientes initia, oratum deducere in templum: postmodò necessitates quoque singularum cognoscerent: opemque vel ferret ipsi, vel domum renunciarent, vt aliunde ferretur. Inter haec autem praecipuam in id intenderent curam, vt Ethnicos quam plurimos amore baptismi succederent. Haec Socij cum sedulo curarent, ad eosque ceterus Ethnicorum multi confluere vel visendi studio, vel ab amicis cognatisque neophytis pellecti, qui facile & religiosa illa supplicationis & cantus specie, tum caritate & adhortationibus Sociorum in baptismi amorem veniebant; iucundum erat aduertere quanta vespere domum Socij gratulatione reciperebantur. Expectabant enim auide omnes reditum eorum, vt cernerent quantum quisque agmen catechismo imbuendum ad catechumenorum aedes adduceret; audirentque quodnam praecipuum ac singulare eo die caelestis Pater sua documentum misericordiae edidisset. Adducebantque agmina quisque sua & praecleara lactis leui narrabant. Haec ratio propaganda: fidei ad totam Indiam ex superstitione in religionem commutandam aptissima visa est, & nunc primum inuenta. Luce sanctissimis fratribus Geruasio & Protasio sacra post nouem iam hoc anno minores habitos maximus omnium, quos ad eam die nostri peregrissent, celebratus baptismus est. Sexcenti quinquaginta renati eo sunt. fuere omnes e suburbio, in quo parocia nomine sancta Maria à luce. Quinto post die, qui sancto Ioanni Baptista natalis illuxit, in aede eidem sacra numerosior fuisset baptismus, absoluti si potuissent. Quingentis septuaginta quatuor rite ablatis, amplius ducenti superfuere: tantumque candidatorum quam leui momento nomen dederit, iucundum est recognoscere. Maximum vrbis Goae suburbiorum, Carambolim appellant. Nobile ibi sanum atque idolum habuerant quondam Ethnici, cuius locosaera sanctissimo Christi Domini Praecursori iam stabat aedes: quam Andreas Vazius procurabat e Brachmanum stirpe in S. Pauli Collegio nutritus, & Christianus sacerdos à Patriarcha factus. Suburbij eius primores Ethnici, quos Ganzares vocant (quemadmodum ipsimet Andrea Vazio retulere) eam Christianae Ecclesiae accessionem fieri cum cerneret, coacto concilio deliberare ceperunt, quid facto opus foret. Hic quidam dixit fugiendum ab Lusitana ditione in

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

subiectam Ethnicis continentem. Et quamquam importunum erat tempus, quod semenem fecissent; tamen fata resque omnes post auitam religionem habendas. Alius censuit, durandum, fortiterque permanendum tantisper dum Constantinus Prorex rediret in Lusitaniam: fore vt feruor ille, quo tam multi ad Christum accurreret, abeunte eo defuereceret. Haec illi cum dicerent, & posterioris probabilior sententia videretur, tertius aetate prudentiaque inter eos opinione venerandus; Nequaquam mihi videtur, inquit, bene ratiocinari, qui, vt Christianorum feruor refrigescat, expectandum censet vsque eo quoad Constantinus decedat ex India: sed qui tamdiu, quoad Societatis Iesu discedant Patres. His manentibus nunquam res Brachmanica imminui, nunquam augeri Christiana cessabit. At hos frustra spes sit pedem hinc vllò vnquam tempore ablaturus. Quaeque apud Constantinum auctoritate valent, eadem apud successores valebunt. Quid igitur, inquires, nobis consilij affers? Nimirum vna mihi videtur expeditissima via; commendemus nos Deo, & efficiamur Christiani. Hoc demum consilium ita placuit, vt protinus Ganzares quatuordecim cum suis quisque familijs dare Christo nomen statuerint. Cuius rei vna cum Parocho Andrea e Ganzaribus vnus nomine omnium ad Collegium sancti Pauli perrexit nuncijs. Verum diuino Spiritu caelestem agitante ignem, alijs super alios accedentibus die S. Ioannis natali in ipsa eius aede à Patriarcha, & Melchiore Carnero, & Antonio Quadrio, quam multos modò perscripsi, amplius ducentis superantibus, cohonestante pompam Prorege, sacro fonte excepti.

Sub id tempus pagus Auxinus, primus omnium circa Goam pagorum nullo Ethnicorum reliquo facto, Christo inscriptus est totus. E regione pagi huius est insula Diuar magno olim in honore Brachmanis, & tanquam eorum Hierosolyma: quam omnem superstitioni dedicaram longinquis e regionibus venerabundi adibant. Hanc vero cultui transcribendi magna Patribus illuxit spes duabus vijs: primum, quòd ipsimet Brachmanae cognito quanto vbiq; motu concurreretur ad baptismum, dicitabant suum adesse quoque iam tempus: deinde ex occasione, quam subijcia. Venerat Prorex in ea insula quippe Lusitana ditionis ritus Ethnicos vsurpari: eò Brachmanae suis e liberis coplures nauigio impositos in continentem destinauerant, totius vt gentis nomine Canisso idolo percelebri dona ferrent. Est huic idolo reliquum hominis corpus, caput elephantis: fabulamque perridiculae monstrum originem biformis narrant. Initio rerum nondum vllò suscepto filio, Euam (e sacris enim pleraque diabolus quam mutatis saepe nominibus finxit) quodam opere occupatam sudasse: cumque sudorem sibi e fronte brachijque abratum collegisset manu, ex eo derepente adulta aetatis hominem exiisse; quem Adam nescio vnde reuersus, vbi apud coniugem vidit, rei nescius obruncauit: mox verò euilante Eua, Adamum cognito, quem occiderat, eius fuisse filium e sudore natum, quia recensum caput iam vita defecerat, cucurrisse, atque elephantis, quod primum animal occurrit, amputato capite id trunco filij Euae imposuisse; vnde homo phantino

249

250
Dinaris in-
sula conuer-
so.251
Canisum
idolum.247
Baptismus
ad hanc die
maximus.248
Caramboli-
m qui quo pa-
do conuerfi.

252

phantino capite reuixerit: huncque esse Canifium. Ad hoc igitur fabulosum prodigium Brachmanum cum irent pueri, intercepti ab Lusitanis, Goamque missi, haud multo post Christianos se fore professi sunt. Per occasionem puero-
rum parentes Goam profecti, animum ipsi quoque ad sanctam sempiterni Dei uenerationem ceperunt acclinate: cumque suas quoque coniuges diuini consortes muneris esse cuperent, missus est Dominicus Fernandus de Societate cum aliquot honestis uiris, qui eas pariter catechisti imbuendas deduceret Goam. Hunc ubi in insula cospexere Brachmanæ, è precipuis quidam aggrediuntur his uocibus: Quid nos carissimi Christianos efficitis? Semel cunctos abducite, & initiare: sicque sitim expleueritis, quam nostræ salutis vos Collegij sancti Pauli Patres præferitis infatigabilem. Animaduertit Dominicus serid hæc ab ijs ingenuè que dicit. Itaque extemplo eam rem nunciaturus Goam recurrit. Multa ibi Sacra precesque ad implorandam Dei clementiam fiunt. Moxque Antonius Acofta, & Michaël Ficeredius sacerdotes cum sex laicis, Sacro in æde Matris Dei Auxini pagi peracto, ciq; Diuaris insulæ commendata salute, quoniam per ipsam præcipue Auxinus omnium primus ad Christum transisset totus, dedere se in uiam Tanadarium (id est Præfectum) pagi Auxini, qui cum præcipuis Diuarenfibus necessitudines habebat magnas, & linguam norat optimè, secum ducentes. Prædie ad Cioranum cum pari Sociorum sex numero abierat Franciscus Rodericus. Quare tota Goana ciuitas atrexeat animos, magnoque studio harum expeditionum expectabat exitum. Interim Socij duo consuendarum periti uestium externis haud minus centum adiuuantibus festinanter parabant natalitia neophytis indumenta, suppeditante impensam Protege animo erga Christum Dominum aded liberali ac nobili, ut profiteretur detractis, si opus foret, etiam quibus suum tegebat corpus; haud recusaturum se nudum incedere, nequid excitandis ornandisque Christi tironibus aptum præteriretur. Socij utraque in insula statim domos pagofque circumire Brachmanum, omnes ad salutis uiam uocare: nullas amplius necerent moras: patientem ad se inuitare diuinæ misericordiæ sinum: adesse tempus, quo confugere in eum omnes deberent. Et planè infinita illa bonitas ita suum hoc negotium expediuit, ut propè nullus esset labor nisi in colligendis & deducendis ultro sequentibus ad cœnam magni Regis, qui uelut in uijs, & in sepibus occurrebant. Hæc maximè in insulis Diuare & Ciorano dum feruent, Martinus Silua, cui pagus obtigerat Batti nomine, ubi ædes Deiparæ à Guadalupe, primarios ad quadraginta induxit, ut Protege sese paratos ad baptismum nunciarent: & Goæ ueteris incolæ (qui ad Goæ insulæ caput est pagus) accepta tot undique Brachmanum conuersionis fama misere ad Collegium nuncios, qui paratos ipsos quoque sanctæ cruci se subdere significantes, Patrum aliquem catechistam accerferent. Emmanuel Texeria una cum socio profectus est. Hi que uix iter arripuerant, cum

253
Constantini
Protege exi-
mia pietas.

254
Conuersus
populorum
ad bap-
tismum.

alijs duobus è pagis, alteri Naora magna, alteri Naora parua est nomen, legatio superuenit. Aiebant se sanctam fidem amplecti animum induxisse, cupere communiter adire Protegem; iret è Patribus aliquis, duceretque. Ita vacuum operarijs tum Collegium erat, tam multis circumquaque & ad insulas & ad pagos dimissis, alijsque uel parandis ad baptismum uestibus, uel instituendis catechumenis occupatis, ut Iosepho Riberio Ministro Collegij, quamuis multæ occupationes domi tenerent, eundem fuerit; ne, dum res aded calet, amitteretur occasio. Abijt igitur: ac postridie è primoribus septuaginta uirides manu ramos, ferragessantes in vertice, inter festum tympanorum fistularumque de more gentis sonitum ad Protegeram opima segere gaudio gestientem deduxit. Eodem prorsus die, qui primus Augusti fuit, ad centum quinquaginta murariorum fabricum tota ex insula Mocadani in Collegio sancti Pauli susceperunt baptismum, Antonij Diazij è Societate, qui noui templi ædificationi præerat, composita uita, & adhortationibus illecti. Denique tanta fuit uertas messis, ut ad eam colligendam totum mensum Philosophica studia, & aliqua ex parte Humanitatis, necesse fuerit posthabere. In insula Ciorano sexto Idus Augusti Protege, & Patriarcha, Prouinciali Præposito, & Melchioro Carnerio eam ob rem profectis, baptismum mille ducenti septem excepti. Octauo post die assumpta in calum Virgine inlyto, cuius & ibi templum extat, quod primum ab Alfonso Albuquerque Indiarum magna ex parte domitore positum fuerat, Diuarenfes patri celebritate inter bombardarum, quos idcirco Protege aduehi iusserat, fragorem ac plausum mille quingenti quingue ad Ecclesiam adscripti: moxque octoginta pueri, quos parentes in continentem prius subducos, ne Christiani fierent, mutato postmodum consilio ad sacrum fontem reuocarunt. Paulo post pagis quoque Batti, Goæque ueteris, & Naora uiriusque solenni cerimonia, publicaque gratulatione catechumeni expiati: qui duum millium ducentorum, sexque & uiginti summam expleuere. Hoc in æstu rerum maius quiddam, ingenti que suo dignum animo Constantinus molebatur; de quo paulo post dicam. At Franciscus Rodericus, quem loco suo Goæ Prouincialis reliquit, ut conceptum iam baptismorum conseruaret impetum ac splendorem, aliquot celebres egit: in quibus pagorum Basterini, & Passoltecci incolæ septingenti septuaginta duo, moxque in suburbio Caramboli septingenti quatuordecim; iterum septingenti quinquaginta sex Christiano gregi adiecti; ac postremo xviii. Kal. Ianuarias nouem & quadringenti. Itaque præter eos, qui in uariis paroccijs, sanctique Francisci & Dominici templis baptismum susceperunt, nostri Patres duodecim millia nongentos sexaginta septem in Goana tantum insula, baptismis uiginti septem celebrioribus hoc anno iniurarunt. Multa in his extra ordinem admiranda contigere. Multis una cum animi salute per salutarem lauacionem exundans Dei bonitas quasi appendiculam, corporis quoque reddidit sanitate. leuda.

255
Baptismus
in Ciorano
insula u-
meris.

256
Numerus
in Diuare.

257
Vis sancti
baptismus
corporum
& animi
morbus tel-
tem. leuda.

cem. Sed multo admirabilior morborum animi curatio videri merito potest: cuius rei vnum apponam exemplum. Ethnicus inter suos nobilis quæstuosum à Prorege ambibat munus. Id Lusitanus vir pietate clarus & genere cum cognouisset, adhortari hominem pro amicitia instituit, ut Christianum susciperet cultum, cetero conseruans ac spondens id si faceret, esse quod optabat, à Prorege munus impetraturum. Que cum sæpè grauiterque proponeret, nunquam tamen ab auita superstitione pertinacem dimouit. Verùm ingenti illo motu, cum diuinus cuncta quodammodo inuadebat ac pascebatur ignis, tantusque fiebat ad falsas vndas concursus, ille quoque velut corripus accessit. Quem mox Lusitanus amicus cum vidisset summè gratulans, nunc demum se ei beneuolum ex animo testatur fore; & apud Proregem acturum, ut munus ei, quod cupiebat, delegaret. Ad quæ verba (quod veteranis pudori sit) Christiana militiæ tiro ita respondit, Se, cum ante vana coleret simulacra, quæstiosa appetuisse officia, quod rem quomodo faceret, dummodo faceret, nihil pensi haberet: nunc verò, postquam Christo se dedit, ac didicerit quantum illi furta & commercia iniusta displiceant; nec saluti locum relinqui, nisi aliena reddantur; malle se pauperem vitam, quam cum periculo animi quæstuosam ducere. Alacritas quoque, qua Indi aduolabant ad fidem, haud videbatur carere miraculo. Non deerant è Lusitana nobilitate, quibus minimè probaretur tanta frequentia, existimantibus haudquaquam agi sincere; nec posse vim metumque abesse. Vir ex his claritudine præcipua cum forte per urbem equo vectus incederet, in præclaram cohortem catechumenorum incidit: qui cum suis in manu virentibus ramis catechismi cantantes inter exultantem lætitiã ac festa stipudia ad vitæ fontem citato pergebant gradu. Quem in cæcum coniectis oculis eques, rem que secum altè animo reputans, protinus ad terram desiliit, ad vnumque Sociorum accurrens nihil nisi magno clamore, Credo, Pater, credo, ingeminabat. Patre quid id sibi vellet, cogitante: Quando, inquit, rem perspicio oculis, credo sine dubio Dei opus esse, ut tanta voluntate hi fiant Christiani; nostramque obmurmurationem pœna pergravi dignam agnosco. Id ipsum falsus est alius vir ætate quoque iam venerandus; vltroque aptissimum ei culpæ, quo sese plecteret pœnæ genus inuenit. Is tenere se non potuit, quo minus de tanta festinatione coram obiurgaret Patres, eamque ob rem ad Collegium graditur. At vbi eò peruenit, atrium totum ac porticum viris puerisque, templum autem mulieribus ac puellis ita confertum reperiens, ut vix ipsi aditus pateret; omniumque in ore ac vultu alacritatem, & aliàs nunquam perceptam lætitiã cernens; totus animo senex repente commotus tollit ad cælum oculos manisque, ac solutus in lacrymas tacitus abscedit. Post aliquot dies ad Collegium reuersus, vni è Socijs, O Pater, inquit, qui de sanctissimo hoc vestro opere obloquitur, non potest culpam diluere, nisi ad id ipse quoque adiungat animum: lucrisque Saluatoris intentus studeat im-

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

penſa operã, quæ nostra praua exempla ferunt, damna sarcire. En ego hocce in præfens diuodeviginti adduxi. Ignosce, si paucos: ad lustricum primum solenne plures adducam. Nec fidem fessellit. Exinde Christianitatis propagationem plurimum iuuat.

Iam verò Constantini Proregis magnanima pietas nequaquam Goanæ insulæ finibus tenebatur. In ora promontorii Commorini piscatores margaritarum Christiani excursionibus & latrocinijs obnoxii erant Badagarum. Hi sunt è regno Bishagæ, seu Narsingæ bellicosi populi & immanes, Lusitanorum Indorumque neophytorum hostes. Ceilano insulæ modici spatii freta Commorino distat adiuncta est Iafanapatania prouincia, cuius item Rex iam pridem Christianos cladibus atterebat. Ea si veniret in potestatem Lusitanorum, Commorinensibus Christianis opportunissima videbatur sedes futura, vnde pretiosæ suæ piscationi ex tuto liceret intentus esse. Ac recens extabat memoria, Beatum Xauerium, ut innocens ille populus eò traduceretur, habuisse summè in votis. Igitur hanc maximè ob causam Constantinus Prorex classem ad Iafanapataniã statuit ducere. Erat eodem tempore iuuenis Goæ Alfonso nomine, qui è patrio Trincanamilis regno, quod Iafanapatanius tyrannus ex proximo inuaserat, profugus in sancti Pauli Collegio octauum circiter annum versabatur. Hunc Constantinus eadem operã restituere cogitabat in regnum. Omnino magni ad Christianum nomen, magni ad Lusitanas quoque augendas opes momenti expeditio erat. Validam itaque eam ob rem Constantinus adornat classem: atque interim Patres Societatis, quorum Commorinenses neophyti curæ commissi erant, præparare eos ad traiectionem iubet. Ioannes Melquita cum ab Dio regressus supra biennium Punicali egisset æque Indis ac Lusitanis acceptus, Goam non multo ante id tempus reuocatus Dialecticam ibi docebat. Sed visa est graniori negotio ea procuratio posthabenda. Missus est igitur iterum Punicalem, ut vnâ cum Henrico Henricio necessaria traiiciendis populis prouideret. Quod dum faciunt, libertatemque alijs & pacatum orium curant, duram ipsi seruitutem, exercendæ patientiæ locum locupletissimum inuenerunt. Mensis erat Augustus: iamque rebus compositis ad migrandum in Manariam insulam, vbi aduentum Proregis, ut is iusserat, opperirentur, Punicales nihil nisi signum expectabant, cum ex improviso Badagarum Præfectus ingentem peditum elephantumque numerum agens superuenit. Lusitanorum haud plures in præsidio, quam circiter quinquaginta versabantur: qui prodire obuiam ausi, dum prænobili ex hostibus interfecto Dynasta, totum agmen primo die egregiè distinent, spatium Punicalensibus fuit lembos conscendendi: quanquam præ trepidatione inter turbam tumultumque conscendentium ad triginta hausit mare. Postero die Emmanuel Cotinius Lusitanorum Præfectus cum se & ab numero militum, & ab cætero apparatu imparem omnino tantæ prædonum multitudini videret; con-

silium

258
Neophyti
pulsorri-
mno disti.

259
Alacritate
mira ad ha-
prium
gerritur.

260
De Chri-
stianis ora
Piscaria in
Iafanapa-
taniã
transporeã-
dis.

261

262
Pater Me-
lquita ca-
pess ab ho-
stibus.

filium cepit & ipse vnâ cum præsidarijs consensu nauis secedere. Vnâ erant Patres Henricus, & Mesquita, qui post impositos dimissioque magna caritate neophytos auxilio solatioque in supremum id tempus Lusitanis quoque subsederant. Id fugæ consilium, cum mare Lusitanorum in potestate esset, hostesque nauigijs destituti, & necessarium erat ac tutum, nisi inconsulta cupiditas inane fecisset. Quippe tam multa, vt secum asportarent, pro se quisque militum congestere in lembum, vt is præponderet, donec astu recurrente subleuaretur, agi ab litore & propelli nequirit. Qua re hostes animaduersa extemplo impressione in lembum facta, ad fugam, non ad pugnam paratos inuadunt. Pauci natando euasere: in quibus Pater Henricus; qui cum haud procul inde enataisset ad litus, intentos ad diripiendum nauigium Barbaros effugit. At Mesquita cum nixus capite tentaret fugam, nandignatus, facile capitur: ad lembumque reductus tam graui ictu vulneratur in vertice, vt exanimis in mare prouolueretur: ibique haud lentus hasta vulnus accepit in pectore. Quidam permixti Ethnicis Mauri conficere omnino volebant. Sed Badagæ sperantes id gratum suo Principi donum fore, seruauerunt. Ad quem continuo rapitur totus vndique fluenti fœdus sanguine, octoque plagis saucius, ita viribus exhaustis, vt statim ad eius pedes linquentis animo corruerit. Sed vbi collegit se, obligatis vulneribus iussu tyranni vnâ cum præsidij Lusitani Præfecto Emmanuele, alijsque decem Lusitanorum, quamquam summos inter dolores, viuis tamen ad urbem regiam deportatur. In eadem excursionione Franciscus Duranus è Societate valdè fatigatus ab inuisendis Christianis cum reuertetur, captus vinculusque est: quem mox Christiani quinque nummis aureis redemere. Nimirum tota Mesquita ærumnarum moles reserabatur. Vt primum, caterique Lusitani ad urbem Badagarum venere, continuo redemptione agi ceptum; conuentumque vt pro vniuersis communiter septem millia aureorum nummum, & quingenti darentur: illicoque dimissis cum Præfecto militibus, Mesquita pro obside ac pignore retineretur. Tanto exultabant Barbari suos Lusitanis sacerdotum in pretio esse. Huius calamitatis necius Prorex institit, vt, quoniam breui cum classe affuturus erat, nec dubia sperabatur victoria, Christiani ad Manariam transportarentur, vt inde protinus in Iapanapataniam commigrarent. Hoc Emmanuel Præfectus iam liber, & Pater Henricus statim curauit. At Badagarum Tyrannus solam vastamque oram relinqui cum videret, pecuniaque ex altera parte non tota repræsentaretur; arctissima iussit Mesquitam asseruari custodia, assidue diram intentans necem. Totum initio ferro onustum habebat; eque collo ad pedes catena pertendebat adeo breuis, vt dies ac noctes incuruus ac velut conglomeratus cogereetur esse. Quas dein ærumnas auaritia mitigauit Tyranni, metuens ne lucrum sibi omne vnâ cum eo periret: & tamen iniquissima spe pro sua clementia Deus frustra

264
In Manariam
insulam
Christiani
Piscarien-
ses transduci.

265
Pater Me-
squta du-
rissima vin-
cula.

ri omnino barbarum voluit. Quidam erat Christianus adolescens Michael nomine audax & callidus, qui Mesquita necessitatibus in custodia fideliter succurrebat. Is cum opifice, ex quo iniiciendæ Patri sumptæ compedes erant, pecunia præbita egit, vt elauum, qui earum circulos infibulat pedibus, modica vi fragilem insereret; ac reliqua ad fugam vitia clanculum comparauit. Nocte, quæ diem Mattheo Apostolo sacrum secuta est, inter dormientes armatos Mesquita euadit; ac duce Michaelè ad montem sex inde procul millia pergit maximos inter dolores, quod nudis pedibus, alteroque male affecto per aspera & glareosa ibatur loca. Totum diem ibi cum latuissent, insequenti nocte Michael, nec valdè locorum peritus, & in tenebris ducens deerrauit à via: quare orta iam luce, Patre inter senticeta latente, ad pagum in radicibus montis de via interrogaturus accessit: commodeque euenit, vt in luto rem incideret, ex quo calceos sparteos, vt in summa necessitate peropportunos, Dei famulo retulit. Ex eodem litore cognouit plena omnia sermonibus de Paris fuga: à Badagarum Tyranno nuncijs ad suos Præfectos, custodibusque propter circummissis, vias omnes infellas. Hanc rem pauens, sibi que diffidens Michael Mesquita narrat. Is animum ei facit, quod qui cepisset Deus ex iniqua ipsos abducere seruitute, omnes elusurus esset auidi artes Tyranni: Angelos sibi ad custodiam attributos longè Badagarum satellitibus ad vim & consilium aciores. Expectatis ergo tenebris, quod per siluas continuari nequiret iter, ad vicium duodecim passuum millibus distantem Michael sese conuertit, sperans ibi à Palais (qui sunt inter Ethnicos infimæ fortis homines) pecunia latibulum exorari posse. Per varios metus, angoresque & labores clara iam luce peruenerunt. Erratissimo in fano totus intus per paleis coopertus delituit Pater: non tamè ita callidè rem oculere ductor potuit, quin pro Lusitano sit agnitus. Continuo ad loci Præfectum, quem ipsi Adiguatium vocant, permanat res. Is enim verò timere cepit ac dicere luendum omnino capite, si Badagæ serent talem hominem occultari. Hic Mesquita probè discrimen intelligens, obstruendum os homini pecunia ratus, animum Michaeli fecit, vt magna aliqua spe Adiguatio silentium imponeret. Quadringentis Phanois, qui triginta circiter scutorum conficiunt summam, inter id genus hominum haud leuem, conuentum. Quam pecuniam vt repræsentaret, ad Christianos quosdam quindecim inde millia passuum per noctis tenebras iens ac rediens Michael excurrit. Alacritate ingenti contulere Christiani pecuniam: simulque ex iis aduenere nonnulli, qui Patri iam ærumnis, doloribus, inedia propè confecto ad iter conficiendum auxilio essent. Denique septem dies ac noctes per Badagarum ditionem profugi, Deo protegente ad Lusitanorum deuenere nauigium; quod fama de Patris fuga sparsa, ei ipsi si quæ appareret, excipiendo, legebat oram. Nec contineri potuerunt milites, quin præ ingenti læticia manibus humerisque sublatum, inter faustissimos clamores ad consortem modò vincu-

266
Callidus
heraus.

267

vinculorum Emmanuelem Cotinum deportarent. Ipsi verò vt primum inter se reuiderunt, commotis dulcissimo sensu præcordijs vbertim flentes diu hælere in complexu.

268
Iogues cele-
berrimi ad
Christum
uersos.

Sub idem tempus Prorex vniuersa cum classe instituto ad Iafanapataniam cursu cum aliquot triremibus Angediuam insulam duodecim ab Goalensis præcurrit, in itinere Iogues celeberrimi animum tentaturus. Iogues Indi vocant feruorem professos suarum cultum superstitionum. Ii duum sunt generum. Quidam vtuntur publico: simplicique popello quasdam è secta tabellas decantant. Alij in solitudines abditi, rebus, vt aiunt, diuinis contemplandis Anachoretarum nostrorum ritu intenti sunt. Ex hoc genere Iogues in Angediua insulæ specu octo annis in eiusmodi rerum cõtemplatione, macerandoque corpore insumptis, admirationem eam famamque sanctitatis latè concitauerat, vt ab longinquis oris magna Ethnicorum hominem adoratura confluerent agmina. Quem Prorex haud alienum ab sua persona duxit alloqui, adhortariq; ad cælestem Christi disciplinam, satis æstimans quantum non ad plebem modò, sed ad cæteros etiam Iogues habitura momenti accessio eius foret. Verùm cum religionis mutandæ mentionem Iogues ne ad aures quidem admitteret, scilicet, ne tot annorum labores tantumque famæ proijceret; hoc demum Constantinus expressit, vt Goam iter ad Collegium sancti Pauli; ibique religione Christiana cognita, cumque sua collata, vtra melior appareret, demum ad eam; quemadmodum prudentem decet, animum applicaret. Ita venit Goam Iogues: & à Francisco Rodericio reuinctus edoculusque, ac demum baptizatus, ad eò Seminarij Goani disciplinam adamauit, vt in eo finire vitam voluerit. Prorex ad Iafanapataniam adduxit exercitum, ac iucundissimum habuit Melquita occursum: quem totius fugæ seriem iustum exponere summa comitare solatus est. Inde ad bellum cõuersus, urbem regiam expugnauit. Rex Iafanapatanus, & magnitudine hostiliũ virium, & suorum ariolorũ fatis, qui intra annũ canebant morturum, exterritus, ad montana, & propè inaccessa profugit loca. Eaque res in longum protraxit, nec fuit perpetrari bellum. Quippe cum è siluis & saxis extrahi Rex haud posset, Goamque graues Protegem cause reuocarent, mensẽ iam tertium peregrinantem, ac non commeatus modò deficeret, verùm diffuso etiam morbo multi Lusitanorum caderent: ad hæc missò filio Iafanapatanus clementiam imploraret; Constantinus occasione vsus latis conditionibus, & imposito vectigali discessit, idoneo præsidio ad tuendos in Manaria Christianos relicto. Nec minùs ab cupiditate, quam ab hominibus incorruptum animum præstitit. Ex regia vrbe dentem candidi simij, quem maxima veneratione cæci mortales colebant, asportauit. Nec, quantumuis propè infinita auri vis promitteretur, & longè lateque Reges Ethnici precarentur, adduci potuit, vt eam impietatis materiam redderet: imò conteri dentem accuratè iussit; tum puluerem lenta fauilla ita corrumpi, vt totus paulatim, ne quid reliqua-

Hist. Societ. Iesu Tom. 2.

rum fortè elanculum legeretur, euauerit in fumum.

Dum ad Iafanapataniam Prorex exercitum habet, non procul inde duæ nauim eo anno ab Lusitania profectarum ad Cilai vada impingunt. Duodecimo Kalendas Maias sex Ohiùppone soluerunt naves, quibus & Gaspar Goanus Antistes vehebatur. Is primus creatis iam (vt est dictum) & Cocinenli & Malacensi subiectis Episcopis, Archiepiscopus fuit. Principem onerariam, cui nomen Castellum, duo de Societate Petrus Arboreda sacerdos, & Franciscus Viera laicus: alij duo, quorum alter Aluarus, alter Ioannes Roscius vocabatur, nauim inscendèrè sancti Pauli clientela & nomine inclytam. Hæ naues non multis post diebus dispersæ omnes. Ac siue quòd paulò seriùs inissent cursum, siue ob temporum instabiles vices, cum vndis & malacia ita conflictatæ sunt, vt rarò laboriosius iter contingat. De nauis sancti Pauli multis ac miseris casibus anno insequenti, quo Malacæ naufragi tenuere, dicam. Navigatio Arboredæ hæc fuit. Is, cum primum visum est tempestiuum, habita ad omnes, cum quibus vehebatur, communiter concione, quam necessarium id locorum sit singulare studium pietatis, cum edocuisset, simul exposuit, quid videretur sibi faciendum. Litaniarum singulis diebus morem induxit, ad quas vectores tintinabuli sonitu conuocabat: vtque diebus festis Missa nautica absque sacrificio cum cantu perageretur: id quàm maximè premens, vt curarent omnes præcipuè peccatis exonerare nauim. Nihil enim æquè degraue ac deprimere eas.

Quippe nullum grauius onus, quam peccatorum sarcina, & pondus flagitiorum. Idcirco admonebat, vt & cauerent à noxijs; & si quæ per imbecillitatem sese ingererent, confessione eas quàm celerimè eijcerent. Hoc autem vt certius consequeretur, ingenioso studio fortitionem Sanctorum mensuram instituit. Adhortatus enim, vt libenter quisque quem sortito sibi Deus in eum mensẽ patronum è Sanctis destinarat, in eius honorem die illi facto expiaret à peccatis animum; fortitionem fecit ita, vt simul appositus scriptor exciperet vectorum nomina, & Sanctorum, qui cuique contigerant: vt appetente die, quo quis confiteri debebat, maturè eam rem ei Pater reuocare in mentem posset. Quo fieret, vt nemini ad præmittendum id muneris prætereundum liceret, eoque paratior quisque ad beneficium absolutio- nis accederet. Hæ res vehementer conciliantur Patti omnium animos, sed multò magis impensa eorum simul corporibus animisque in summa necessitate officia caritatis. Vix octo nauigauerant dies, cum vno vectorum demortuo vulgari inter omnes morbi tanta cæperunt strage, vt nemo vnus vium eorum in totum effugerit: atque ex vna dumtaxat Castello nauis vnde octoginta obierint. In calamitate tanta nullum Arboreda, nullum Viera quantumuis vile ac fordidum horrere ministerium. Verùm (quoniam hac maximè re vulgò laborabatur) præparando potissimum ægris cibo applicuere curam. Penulti enim vel carebant cibus, quas

271
Patris Ar-
boreda in
Indiam na-
uigatio la-
boriosa &
pia.

S. Ambr.
epist. 18.

272

O 3 etiam modi

270
Constantini
Proregis
absolutio:
Opus sa-
pientiu.

eiusmodi casus postulant, vel oppressi morbo destituti que famulis rem habebant frustra. Itaque Dei famuli publicos se tanquam famulos constituentes, tum quæ vltro offerebantur, tum quæ ipsi emendicabant, sedulo apparatus, nec inciscitè (quid enim caritas non allequitur?) concinnantes, inter omnes distribuebant, ipsique mer deferebant ad eos, quibus omnino alij deerant adiutores: per diuque vt tanta pietati sufficerent, valetudinem illis Deus integram conseruauit. Tandem autem ambo eodem propè tempore afflictè, & in supremum adducti discrimen. Eo casu cuncti grauius ingemere, vt qui in eorum salute sitam ducebant suam. Ergo cuncti vicissim bonam rependentes gratiam adferre illis benignè. Neque interim Arboreda penitus ab omni caritatis destitabat officio; sed ad morientium, vel periculose agrotantium confessiones excipiendas inter manus hominum portabatur. Hac solidæ virtutis specie mirificam adeptus auctoritatem, haud difficilis existimatio est, quantum ad ludos perniciosos, & ad futilem iurandi tollendum morem, quantum ad sedandas altercationes, pacificandos capitali odio dissidentes valeret. In cæteris fuit, qui, cum plurimum Pater Christianam caritatem pacemque pro concione commendasset, ad eius se post paulum pedes abiicit cum lacrymis, testans id à se iter ea dumtaxat causa susceptum, vt inimicum in India interficeret: verum exinde omnem ab animo iniuriarum obliterare memoriam velle. Vbi nescias vtrum mirere amplius, an hominis insaniam tot permortales vltionem in Indos vsque perentis: an Dei clementiam, qui eò loci progressi sineret, vt durum in patria peccus sensim peregrè emolliret. Denique nauigatio vt vehementer exercita erat, ita non parum pia. Nonis Octobris cum se Cocino breui potituros arbitrantur, discrimen omnium propè maximum adiere. Nox erat, & Gubernator haud rectè cognitis locis minùs opportunè incitauerat cursum. Itaque repente ad vada, quæ Cilai vocant, impingunt: ac repente ex incussum pallida imago mortis omnium oculis obuertatur. Certatim sensu quisque acerbissimo efferte peccata. Cursum represso, cognitoque Dei benignitate nihil admodum acceptum detrimenti; tamen totam noctem infomnes lucem præstolantur. Vbi ea primùm albescens anxius diem aperuit, procul inde leucam ac dimidiam aspiciunt terram, ad eamque applicitam nauim. Missis in scapha armatis, qui loca nauimque cognoscerent, repetunt primùm nauim esse vnã ex ijs, quæ simulè Lusitano portu vela fecerant, cui nomen Draco: dein ad fluminis cuiusdam prouecti ostium nauigiolum ex ijs, quæ ibi Ionas vocant, aspiciunt: veritiquè ne hostes essent, ad nauim Draconem applicuere scapham. Sed cum iona sponte accessisset, magna vtriusque gratulatio facta est. Erat enim nauicula Christianorum; inque ea Ludouicus Goueanus de Societate vehabatur, qui conspectis maioris formæ nauibus, rem, vt erat, suspicatus eas Lusitanas esse, ex ijs, quæ cursum Indicum ex Europa conseruiant, vel tempestate in ea vada, vel

273
Vltionis insana auidi-
tas.

274

errore abreptas, ad cognoscendum id ipsum veniebat. Insula erat ipsa Manaria, ducentis ab Goa leucis, in qua Christiani Commorinenses ad Iafnapataniam regnum traducendi, dum bellum coniceretur, stationem habebant. Continuo Prorex, qui ad eas leuandas naues, ægrosque curandos iuuarent, interque cæteros Dimam Bosquem patria Valentinum, quo ipse medico vrebatur, misit. Institutum hospitium est, quod Patri Henrico Henricio, & aliquot Sociorum caritatis nobilem campum præbuit. Ducenti propè ægri in id duabus illis è nauibus deportati, plerique miserandum in modum affecti. Ecce autem, dum familiariter quondam inter se, vt assolet, medicus Dimas, & Pater Henricus agunt, adsunt velut stupentes, magnisq; eò clamoribus piscatores Patrem Henricum ad suas vt irret scaphas rogantes, spectatum ingens naturæ miraculum. Pisces nouem feminas, septem mares, quos propter similem humanæ speciem marinos homines nominabāt, in retia incidisse. Accessere ambo ad mare Henricus & medicus. Atque is, post diurnam admirationem singula attentius è sectionum disciplina scrutatus, hæc adnotauit: Caput erat figura rotundum, nulla colli intercapedine truncato compactum: extremæ aurium fibræ, quæ & auriculæ nominantur, ex cartilagine carne elegantè formatæ anfractibus veram hominis referebat aurem. Oculi suis ornati palpebris: itaque & colore non piscis, sed hominis iudicatis. Nasus non nihil aberrabat, malam inter vtramque non vsquequaque eminent, sed leni tramite bipartitus. Sub eo verò labra magnitudine specique nostris simillima. Dentium, non quales infantium piscium generi, serratillum, sed planorum, & candidissimorum continua series. Pectus alba cute contectum hinc atque hinc paulò latius, quam pro corpore in mammas extuberans: neque eas feminis pendulas, sed quales virginibus, globosas: quarum vni cum papillam pressisset medicus, ingens exiijt lactis copia miri candoris. Brachia non rotunda, sed latiora, quasi ad natandum facta, duorum longitudine cubitorum, nullis tamen ipsa cubitis, vltionis, manibus, articulisque distincta. Sub alis mollissimus pilus ac longus. At in administris propagandæ sobolis membris vtroque in sexu exterius interiusque nulla ab humanis distinctio. Agnosceres quæ homines re simillimi belluis. Post hæc, veluti de Sirenibus olim poëta cecinerunt, in piscem cauda desinebant bisulca. Ac feminis, quod ferè commune natantium generi tradit Aristoteles, corpora erant quam manibus longiora. Hæc atque his similia subinde rariora miracula effector mundi ostendit, vt homines quamquam in hac rerum vniuersitate tam multa quotidie summa admiratione digna conspiciunt, tamen intelligant plura esse, quæ de infinita illa vi sapientiaque ignorant: & saltem ex inuitatis hisce, quoniam assuetudo cæteris auctoritatem ademit, in admirationem eius & venerationem excitentur.

Harum aduentu nauium, quamquam serò 277
Indiam tenuerunt, tamen, quia ijs vctus est Primus
Goa- Goa Ar-

275

276
Sirenicaque
les in India.

Tri-
Sal-
Gou-
cie-
da-

Ari-
lan-
Ara-
gela-

Archiepiscopus
et quæstio-
nis in sacra-
rii tribunal.

278
Pater Car-
nerius con-
secratur
Episcopus.

279
Prima in
salutis
Goani So-
cietatis je-
du.

280
Arias Bran-
dani et
Armuzia
gila.

281

Goanus Antistes, qui octauum iam annum de-
siderabatur, & primus Archiepiscopus India
luit, & pax inter Christianos Europæ Principes
nunciata; ingens omnium ordinum gratulatio
exiit, quam & solenni in gratiarum actionem
Sacro & supplicatione testati sunt. Aduentu Ar-
chiepiscopi sacrarum quæstionum tribunal Goæ
constitutum, cui Archiepiscopus ipse præfectus.
Decimo octauo Kalendas Ianuarij Pater Mel-
chior Carnerius consecratur Episcopus est.
Quantquam enim vehementer cuperet priua-
tus vitam finire, tamen Patriarcha, iussuque
Pontificis urgente, qui præceperat, cum pri-
mum trium foret Antistitum copia, consecrari;
cum adesset recens aduectus Goanus Archiepi-
scopus, & ipse Patriarcha, atque Georgius à
sancta Lucia Episcopus Malacensis, Nicenæ Ec-
clesiæ titulo initiatus est. Qui ad sumum, (quem-
admodum ipsemet scribit) solatium, simulq; vt
coniunctionem cum Societate arctiorem obti-
neret, voto obstrinxit se non solum Societatis
consilijs obtemperaturum, verum etiam itædem
solennem in ea professionem emissurum, cum
primum id à Pontifice impetraret.

In Salfertis quoque hoc primum anno stationem
Goani Socij fixere. Ea est aduersa Goæ in
continenti plaga Lusitanæ ditionis, sex & sexa-
ginta frequens pagis, in quibus Christiani circi-
ter mille numerabantur Ethnicis mixti, & cultoribus
desertiti. Goani Patres veluti præsentirent
eam vineam egregios Societati pariturâ fructus,
à Constantino Protege sibi colendam depopos-
cerunt. Summa igitur eius voluntate Petrus
Mascarenia sacerdos, & Emmanuel Gomius
laicus missi, breui centum Ethnicos adiungere
fidelium cœtus; vnique iam veteri Christiano
duos annos sine vlla salutis spe è paralyssi decum-
benti placuit honorum Auctori omnium recita-
to super eum à Mascarenia Euangelio valetudinem
pristinam resarcire. De sede Damani prio-
re anno instituta, alijsque vetustioribus, quan-
quam multa essent non indigna relatu, ne tamen
exerescat in immensum opus, est mandata ex dictis
relinquo.

Armuziæ Arias Brandanus quinquaginta hoc
tempore, summam, si è pertinacia Mahometana-
rum aestimetur, haud leuem, fonte salutis
abluit. In his feminam regis stirpis. Sed præci-
pue eius caritatem Lusitanorum ægrotantium
summæ necessitates exercere. Bahareus est
insula in Persico sinu Armuziano Regi subiecta,
ferax in primis atque amœna, nisi quod certo
anni tempore caloribus æstuans pestifera aduen-
tis est. Eam cum Mahometani ab Armuziano
Rege abduxissent, Lusitana classis, vt recipe-
ret, iniqua tempestate appulsa, ita vniversa af-
flicta est lue, vt ex octingentis bellatoribus, qui
arma sustinerent, vix octo numerarentur. Inde
igitur ægis magno numero Armuziam deportatis,
humana diuinaque subsidia sedulo Arias
præbuit, instituto etiam sua in æde nosocomio,
vbi ad sexaginta curabat omni officij genere: pa-
riusque erga vita functos pietate idem precibus
manes prosequeretur, & cadaveribus tenebres
honores reddebat: & tumulum.

Hoc eodem anno Me. ci in Iaponia promul-

gari Christiana fides cœpta est, & Societatis
domicilium positum. Gaspar Villela, quem-
admodum superior annalis exposuit, vnâ cum
Laurentio natione Iaponio iam recepto in So-
cietatem, Meacum urbem Iaponiæ principem
missus, extremum sub annum eam inuicit. Post
quintum ac vigesimum diem Bonziji è præci-
pua nobilitate ductu ad Regem aditum habuit.
Quonquenindonus, itemque Yoxiteru (plura
enim amant) ei nomina erant, & ab imperio
Cubofama. Huic vocabulo si tres, vnde con-
flatur, partes interpretare, ea notio subest,
vt non Principem penes quem suama pote-
stas sit, sed Principis in re militari administrum
significet. Sunt enim Magistratus omnino, &
imperij militaris eiusdem nomina Xongun, &
Cubo: nominum sonus dumtaxat & origo
differt. Quippe Xon ducem, Gun exercitum
sonat: Cu Regem, Bo partem: vt Regis par-
tem, hoc est quasi dexteram intelligas. Porro
Sama dominus est: quod cum honoris ergo ad-
iungi consueuerit, Cubofama existit. Dairs
apud Iapones summa est titulus potestatis: vi-
getque etiamnum familia, penes quam iam
inde ab annis ante Christum natum sexcentis
sexaginta perpetuo tractu in cunctam Iapo-
niam mansisse eam potestatem gentis annales
produnt. Sed abhinc annis ferme quadrin-
gentis Cubofamæ, armorum, quibus præfecti
erant, abusi potentia, rerum ad se summam
traxere. Inde Dynastæ alibi alij rebellare, sen-
simque alias alijs imperij partes rapientibus, Iapo-
niæ dominatus ex vno in multos scissus est.
Maximus tamen regnorum numerus ac præci-
pua opes apud Cubofamas hædere. Qui tamen
si occupato iam imperio vsquequaque pro do-
minis sese gerebant, appellaciones tamen prius-
nas non mutarunt. Ita hunc & Daires, & Cubo-
fama falsa gerunt vocabula. Illis nomen est sine
re, miserum delinimentum iniuriæ; his res sine
nomine, contentis sub alienæ potestatis vmbra
exercere pro voluntate suam. Quonquenindo-
nus admissum ad se Villelam ita comiter accepit,
vt, quod egregium inter eos honoris ac bene-
uolentiæ documentum habetur, certum por-
tionis genus (quod Cha, seu Cia Italico sono no-
minant) ei potrexerit: dein frequentiore in par-
te vrbis domicilium assignauit. Fama gratiæ
apud Principem & opportunitate domus ma-
ior ad Gasparem & Laurentium audiendi causa
ac disputandi, omnis generis mortalium vis
affluxit. Sedenim nunquam pacatè fuit diabo-
lus nasci Ecclesiam Christi. Sæpe igitur rectorum
dominis instinctu Bonziorum eijcientibus, mu-
tare sedes coacti, contumelijs affecti grauissimis,
ludibrio ac deridiculo habitû. Alij vulpes, qui-
dam simias, plerique veneficos, & à dæmo-
nibus occupatos, nonnemo denique humanarum
voratores carniū vocitabant. Pueri cum
cæteris iniurijs & illusionibus, tum lapidum
glebarumque & arenæ coniectu vexabant. At
strenui Christi præcones animo inter hæc excel-
so inuictoque, Euangelica porro tuba perso-
nantes ad centum paucis mensibus ad Christi
coegere signa. In ijs Bonzios haud paucos, vnum-
que prænobilem Quexu nomine. Mos est Bon-

Primum
Societatis
Meaci do-
micilium.

282
Cubofama
quid signifi-
cat.

283
Infectio-
nes à non-
ijs.

284

284
Bonzij exi-
my conuer-
fo.

zijs eruditione præstantes quadam quasi diuinitate donare. Duobus è præcipuis munus est hanc tribuere dignitatem; qui, quos probât, constitutos in sella adorant, & approbatione eorum scripto testantur. Ex eo tempore qui probati sunt certa ad commentandum capita proponunt cæteris. Hunc dignitatis gradum adeptus Quenxu, ipfis triginta annis in meditando consumptis, ad Gasparem venit contumacia plenus, iactans haudquaquam discendi se, ac animi tantum venisse causa; utiq; cum sibi iam notum esset quidnam ipse antequam nasceretur fuisset, quid tunc esset, quid post mortem esset futurus. Verum audito parumper Villela, ita repente diuinitus immutatus est, ut verè nihil esse quidquid sciebat, profiteretur, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum edisceret. Baptizatus itaque summa populi admiratione, vitæ exemplo, quam sanctissimam iniit, haud paucos, vel conuertit ad Christum, vel valde commouit. Id vulgò Bonzij mirabantur in Gaspare, quod uti præciperet, ita viueret, pudicitiam sanctissimè custodiens, & gratuito docens: cum inter Bonzios magistri quique clarissimi non solum mercedem doctrinæ recipere suæ, verum etiam clanculum quæ alijs interdicebant, ijs vescerentur: & impudicissimè viuerent. Hac comparatione Bonzij nominatim vnius auctoritas, qui quasi deus ha-

285
Vix exempli.

bebatur, ac cœnobio nobilissimo præerat, ita euiluit, ut de eo eiiciendo præficiendoque paupere ac bono quopiam agi sit cœptum. Tam claris Euangelicæ sanctitatis vndique micantibus radijs, cum eis tenebras palam diabolus offundere diffideret posse, lepidum est discere quas induerit artes. Iaponicæ sectæ multæ sunt, multumque inter se dissidentes. At cœpere passim garrere Bonzij, in Christiana disciplina non aliud esse, quam quod sua cuiusque traderet secta. Hac nimirum arte tartarea limia non semel simplici illudere tentauit populo, ut verum salutis auctorem quasi iam tenerent, non reciperent. Anno vertente rursus Villela adito Rege, quanquam multi Bonziorum reclamarent, diploma impetrauit, quo potestas fiebat diuinam legem liberè promulgandi, capitis pena proposita, qui promulgatores impediret vexaretur. Ea res cursum Euangelio expeditionem aliquanto fecit, iamque permultis ad Ecclesiam aggregatis haud immaturum visum est sacram adem instituere, quò ad doctrinam reficere diuinam conueniretur. Ita demum hoc anno magna ad idempta domo, Christianis volenti animo conferentibus, prima Meaci diuino cultui destinata est aedes: sed sacrificium per inopiam necessarij apparatus, non nisi biennio potè introduci licuit.

286
Prima
Meaci sac-
ra aedi.



HISTO-